


D-12.
83.



274.528
D659

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign

http://www.archive.org/details/documentiineditiOObosi

DOCUMENTI INEDITI

DELLA

CHIESA PAVESE

RACCOLTI E PUBBLICATI

DAL

CANONICO GIOVANNI BOSISIO

PROPOSTO DEL CAPITOLO CATTEDRALE

Edizione di 50 esemplari.

PAVIA

TIPOGRAFIA DEI FRATELLI FUSI

1859.

Visto, se ne approva la stampa.

Pavia, dal Palazzo Vescovile 3 Maggio 1859.

Arcid. GANDINI Vic. Gen. Cap.

274,528
II 659
M. SEXTON
2033
25

PREFAZIONE

Bramoso di fornire nuove notizie alla nostra storia ecclesiastica e civile assunsi la fatica di raccogliere questi documenti, che da oltre a dieci anni teneva preparati per darli alle stampe. Li trassi per la massima parte dalle poche Cartelle dell' archivio del Capitolo cattedrale, e tali sono tutti quelli di cui non è indicata la provenienza nella loro intestazione. Degli altri citai la fonte d' onde furono cavati. Opportuni da inserirsi in questa collezione credetti due documenti stampati, di cui si può dire dimenticata l' esistenza. Tutta posi la cura che per me si è potuta nel copiare scrupolosamente senza alterazione le pergamene e le antiche scritture. A compiere colla più coscienziosa fedeltà questo lavoro ebbi il fortunato sussidio di dotto amico istrutto in siffatti studii col quale riscontrai le copie cogli originali. Il tempo avvenire farà conoscere quale

717439

utilità sia per arrecare la pubblicazione di questi scritti. Valga intanto questa piccola raccolta come un saggio per invogliare qualche robusto ingegno ad intraprenderne una assai più ampia. Presterà un grande servigio alla storia patria e farà chiaro il proprio nome chi avrà scienza, cuore e lena d' accingersi a sì lodevole impresa. Somministreranno copiosa materia all' uopo le pergamene appartenenti alle cose pavesi, che si conservano nella biblioteca della regia nostra Università, negli archivii del nostro Municipio e della Curia vescovile, e specialmente le più antiche anteriori al secolo duodecimo, che trovansi custodite ed elencate nell' archivio diplomatico di Milano.



SECOLO DUODECIMO

1135, 27 settembre.

I. *Pietro figlio di altro Pietro dona alla Canonica della Cattedrale di Pavia tutti i suoi beni mobili ed immobili col diritto e coll' ordigno di cavare l' oro dalla ghiaja del fiume Ticino.*

Anno ab incarnac. Dni nostri Jesu Christi millesimo centesimo tricesimo quinto, quinto kalendas Octubris indic. quarta decima. Canonice sancte Marie ac sancti Syri. Ego petrus filius quondam item petri qui professus sum ex nacione mea lege vivere Romana offertor ac donator ipse canonice papie dico quisquis in sanctis hac venerabilibus locis ex suis aliquid contullerit rebus, justa auctoris vocem in hoc seculo centumplum hactipiet, insuper quod melius est vitam possidebit heternam. Ideoque ego qui supra petrus dono ac offero a presenti die in eadem canonica pro anime mee mercede. Idest mea porcione que sunt due porciones de casa una murata et tuvata et de edificium lignaminis simul tenente cum illorum areis juris mei quam habere visus sum suburbium ticinensis civitatis prope portam pertuso ubi ego intus habitare videor omnia in integrum, atque de locis et glarea posita in ticinum ubi asis percurrere debet ad aurum levandum item mei juris omnia in integrum. Sive de cetera alia mea substantia res mobiles ac immobiles item juris mei positis rebus immobilibus in papia et foris in quibuscumque locis preter lectum unum ac crosnam unam que in mea potestate reservo, nam ceteras alias res omnes in integrum. Que omnia autem suprascriptam meam porcionem que sunt due porciones de jam dicta casa et edificium cum illorum areis ac jam dicto loco ad aurum levandum ac prenominata substantia res

mobiles ac immobiles ut supra legitur juris mei superius dictam una cum accessionibus ac ingressibus earum rerum seu cum superioribus ac inferioribus suis qualiter superius legitur in integrum hab hac die in eadem canonica dono ac offero ac per presentem cartulam offersionis in eadem canonica habendum confirmo faciendum exinde a presenti die pars ipsius canonice jure proprietario nomine quicquid volueritis sine omni mea ac heredum meorum contradicione. Et quidem spondeo atque promitto me ego qui supra petrus una cum meos heredes a partem ejusdem canonice suprascriptas res ac substantia ab omni homine defensare promittimus. Quod si defendere non potuerimus aut si a parte ejusdem canonice exinde aliquid per quodvis ingenium subtrahere quesierimus, tunc in duplo suprascriptas res in eadem canonica restituamus, sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit per estimacionem res immobiles intra hanc urbem ac foris in consimilibus locis simul cum eadem mobilia. Ut hec mea offersio ac donac. sicut supra legitur firma permaneat atque persistat. Hanc meam cartulam offersionis paginam Rainardo notario sacri palacii tradidi ac scribere rogavi in qua subter confirmans testibusque obtuli roborandam.
Actum civitate ticini feliciter

Signum manus suprascripti petri qui hanc cartulam offersionis fieri rogavit ut supra.

Signa manuum boni Johanis ac Pagani anborum lege viventium romana testium

Signa manuum ac parente ac Lanfranci ac Oglerii testium

Per lignum et cartulam de manu tradidit ac investivit ipse petrus donnum Benedictum prepositum a partem ejusdem canonice sancte marie ac sancti syri nominative sua integra porcione dicte glarie in ticinum ac padum a finibus castelleto ac Besade ac Campese per ticinum ac per padum abe dongno usque in caselle ac de subtus placentia ut habeat parte ejusdem canonice et faciat exinde quicquid voluerit.

Ego Rainardus notarius sacri palacii scriptor hujus cartule offersionis post traditam complevi et dedi ut concessit donnus Benedictus prepositus eidem petro de suprascriptas res haberet exinde usus fructum diebus vite sue.

1179, 16 agosto.

II. *Pietro Prevosto e Ufficiale della Chiesa della SS. Trinità in Pavia vende a Maestro Agirato, per parte della Chiesa medesima, l'annuo canone che essa Chiesa riceveva da una vigna situata in territorio di Gropello, con insieme il possesso di una tale vigna.* (*Pergamena esistente presso la Biblioteca dell' I. R. Università di Pavia*).

Anno dominice incarnac. millesimo centes. septuagesimo nono. Sextodecimo die mensis augusti. Indictione duodecima. Presbiter Petrus prepositus et officialis ecclesie sancte Trinitatis consensu et adfirmacione Boterii et Fulconis canonichorum ipsius ecclesie et consenciente ei comite Guarnerio advocato ejusdem ecclesie vendidit per libellum a parte ipsius ecclesie magistro Agirato. Nominative fictum unum quod est congios duos papienses de puro musto quod datur annualiter inter vindemiam per Ubertum de quallia et rem unde ipsum fictum datur, que est pecia una de vitibus cum area sua juris predicte ecclesie et est per mensuram justam pertice tres vel si plus aut minus fuerit que jacet in territorio loci Gropelli ad locum ubi barbasiriga dicitur. Cui coheret a mane via a meridie Ubertus filius quondam Ubaldi, a sero vinea Andree de stilia sive ibi alie sint coherencie cum omnibus suis pertinenciis in integrum. Eo modo fecit ipse prepositus jam dictam vendicionem ut a presenti die in antea ipse magister Agiratus suique heredes et cui ipsi dederint habeant et detineant predictum fictum et jam dictam peciam de vitibus cum area sua unde ipsum fictum datur. Simul cum universis suis pertinenciis et faciant exinde libellario nomine sine aliquo ficto dando quicquid voluerint. Sine omni contradictione supradicti prepositi sique successorum et partius ipsius ecclesie et cum eorum defensione ab omni homine cum racione in pena dupli. Quidem et pro hac vendicione fuit confessus ipse prepositus se accepisse ab eodem magistro Agirato libras sex denariorum bonorum papiensium a parte et pro utilitate ejusdem ecclesie. Quos omnes denarios dedit ipse prepositus a parte ipsius ecclesie in quadam alia pecia de vitibus posita in territorio ejusdem loci et quam ipse emit a Lafranco Sbarato pro utilitate predicte ecclesie, prout ipse prepositus fuit confessus. Actum est hoc in civitate papia feliciter. Et inde ipse prepositus hanc cartam fieri jussit et predictum precium accepit ut supra.

Signa manuum supradictorum canonichorum et advocati qui eidem preposito consenserunt ut supra.

Interfuerunt Tebaldus sancti dei Marchus tabernarius et Guidottus de turre testes.

Ego Armannus sacri palacii notarius interfui et hanc cartam tradidi et scripsi.

1190. 24 febbrajo.

III. *Lanfranco vescovo di Pavia assegna alla Chiesa di S. Michele di Roncaro tre porzioni di decima spettante al monastero di Sant' Agata ad istanza dell' abbadessa dello stesso monastero.*

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo die sabati sexto kalendas marcii indictione octava. In urbe papie dominus Lafrancus Dei gratia sancte ticinensis ecclesie episcopus ad peticionem donne Sybilie monasterii sancte Agathe abatisse, et patrone ecclesie sancti Michaelis de roncore et sororum ejus atque intuitu pietatis ipsius ecclesie sancti Michaelis de roncore. dedit atque concessit a parte ipsius episcopatus in presentia magistri Rubaldi et Ibeldinocti ecclesie sancti syri canonicorum prefate ecclesie sancti Michaelis de roncore per Prandum de roncore et Ugonem ghezoanum et Petrum de sancto martino missos et vicinos ipsius ecclesie sancti Michaelis habere. Nominative tres portiones de illa decima de illa petia terre roncate que est suprascripti monasterii sancte Agathe, que petia terre jacet in territorio roncore ad guardatam. Coheret ei a mane Malparlerius de Sygeriis ab aliis partibus suprascriptum monasterium. Eo modo fecit predictus episcopus suprascriptum datum et prefatam concessionem ut de hinc in antea ipsa ecclesia sancti Michaelis ad honorem Dei et sancti Syri et sancti Michaelis habeat et teneat ipsas tres portiones ipsius decime de suprascripta petia terre in perpetuum. Ita ut non liceat ministris ecclesie sancti Michaelis alicui vel aliquibus ipsam decimam alienare. Unde due carte uno tenore sunt scripte;

Predictus episcopus hanc cartam fieri precepit:

Interfuerunt Travallius de bona fante, Bernardus caput agnelli testes;

Ego Vinciguerra imperialis aule notarius interfui et jussu suprascripti episcopi hanc cartam scripsi.

SECOLO DECIMOTERZO

1208, 17 marzo.

I. *Bernardo Prevosto della Canonica della Chiesa Cattedrale di Pavia investe Nicola di Retorbido di alcuni pezzi di terra di proprietà della stessa Canonica situati nella villa di Mondondone.*

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo octavo indictione undecima die lune sextodecimo kal. aprilis. In papia per cartam quam in sua tenebat manu dominus Bernardus Dei gratia prepositus majoris papien. canonice a parte ac nomine ipsius canonice consentientibus ei domino Rubaldo Dei gratia papien. archidiacono, domino Jacobo de coddalo, domino Olderico de fara, domino Petro de episcopo et domino Ottone preposito de pertica canonicis predicte canonice investivit ad fictum Nicolaum de loco riturbii de infrascripta terra juris predicte canonice. Prima pecia jacet ad stratam et est pertice septem minus octo tabule. Coheret ei a mane hospitale de betheleem et a meridie et a sero canonica. Secunda pecia jacet ad pignolum et est pertice quinque minus viginti et unus pedes. Coheret ei ab omnibus partibus canonica. Pratum est novem pertice et quatuor tabule. Coheret ei a mane aquarolum et ab aliis partibus canonica. Tertia pecia jacet ad stratam et est septem pertice. Coheret ei a mane canonica, ab aquilone strata. Quarta pecia jacet ad aquarolum et est quatuor pertice et quatuor tabule. Coheret ei a mane Nicholaus predictus coyrantia ab aquilone canonica. Quinta pecia jacet in aquarolo et est quindecim pertice et due tabule. Coheret ei a mane canonica, a meridie canonica, ab aquilone via. Sexta pecia jacet in caviliantio et est pertice quinque. Coheret ei a mane longaspata canis, a meridie Sanctus Albertus, a sero fossatum. Septima pecia jacet ad solarolum et est quinque pertice et octo tabule minus quinque pedes. Coheret ei a mane canonica et ab aliis partibus. Octava pecia jacet ad pasquarolum et est pertice decem et septem et tabule tredecim. Coheret ei a mane et a meridie et a sero via. Nona pecia jacet ad pasquarolum et est pertice decem. Coheret ei a mane via ab aquilone via et a sero ille de canevanova. Que pecie omnes pre-

dicte terre et prati jacent in loco et fundo montisdondoni prout superius continetur. Et de quibus peciis est summa octo jugera minus due tabule et tres pedes, sive ibi alie sint coherentie una cum accessionibus et ingressibus et cum omnibus pertinentiis predictis peciis de terra et prato pertinentibus seu spectantibus infrascriptis. Eo modo ut de hinc in antea predictus Nicholaus callegarius et sui heredes legittimi tantum masculi descendentes qui habitaverint tantum in loco carlassii et non cui dederint habeant et detineant predictam terram ad fictum ex parte predicte canonice et faciant exinde quidquid voluerint sine omni contradictione predicti prepositi suorumque successorum, et cum ipsorum semper deffensione ab omni homine cum ratione ad dandum eidem preposito omni anno insimul et non separatim modios quinque minus media minella de frumento quod exierit de predicta terra vel de alio eque bono de terris predicti loci carlasii semper in medio augusto ad rectum star. pap. ad rationem quinque star. pro unoquoque jugere, et quod frumentum debet esse pulchrum et rationabile in laude bonorum hominum si discordia interfuerit tracto et conducto toto ipso frumento pap. in ripa ticini ad pontem veterem et dato et consignato ipso frumento omni anno predicto domino preposito vel suo electo misso ad expensas et periculum et resegum et dampnum predicti Nicholai et suorum heredum dando ipse prepositus manducare uni persone defferenti et venienti super illud frumentum tantum hora quo diei convenerit unum pastum. Et ita quod dominus prepositus et sui successores possint et debeant convenire unum vel plures de illis qui predictam terram tenuerint quem vel quos preposito vel suis successoribus placuerit. Item hoc similiter stetit inter eos quod predictus Nicolaus et sui heredes exinde debent facere omni anno honorifice albergariam unam predicte canonice, videlicet uni domino et uni suo scutifero cum duabus equitaturis. Et si ita ut dictum est predictus Nicholaus non adimpleverit et predictus dominus prepositus et sui successores aliquo modo pro hoc negotio dispendium fecerint totum ipse Nicholaus eis restituere debet. Et si accideret quod discordia esset aliquo tempore inter detentatores predictarum terrarum occasione illarum terrarum debent esse et stare sub examine capituli predicte canonice usque ad diffinicionem illius cause. Et si guerra comunis talis esset inter Papiam et Terdonam vel marchiones quod predicte terre non possent laborari quod predi-

ctum fictum non debeat prestari, si vero pro parte possent laborari etiamsi non laborarentur, illud fictum proporcionaliter debeat predicto modo solvi et dari. Et ita ut super quod predictus dominus prepositus et Nicholaus promiserunt inter se vicissim adtendere atque omni tempore firmum tenere. Et pro istis omnibus adtendendis predictus Nicholaus obligavit predicto domino preposito predicto nomine pignori omnia sua bona. Et quidem pro hac investitura fuit confessus predictus dominus prepositus predicto nomine se accepisse ab ipso Nicholao soldos decem papien. renunciando exceptioni non date et non numerate pecunie.

Et inde hanc cartam fieri preceperunt.

Interfuerunt Ghysulfus et Otaracius de melio et Marcianus de loco carlassii testes.

Ego Manfredus imperialis notarius interfui et in hac carta scripsi.

Ego Ubertus de putheo sacri palacii notarius hanc cartam jussu predicti Manfredi scripsi et predictas mandaturas feci.

1208, 30 agosto.

II. *I Consoli della giustizia di Pavia vendono ad Adelasia vedova di Pellegrino de Dodo, pel totale prezzo di lire* 16, *due case situate in essa Città e paganti l' annuo canone l' una di denari* 14 *alla Chiesa di S. Giovanni in Solarolo, e l' altra di denari* 12 *al Monastero di S. Felice.* (*Pergamena esistente nella Biblioteca dell' I. R. Università di Pavia*).

Anno nativitatis domini millesimo ducentesimo octavo. Indicione undecima. die sabati tercio kal. septenb. In Pap. Quoniam Marcus de ottonibus et Albericus de sancta tecla consules justicie pap. cognoverunt domum unam que fuit quondam Pelegrini de dodo positam in porta marencha de qua datur fictum omni anno denariorum quatuordecim ecclesie sancti Johannis de solarolo positam fuisse venalem per lib. decem per Adelaxia uxore suprascripti quondam Pelegrini. Item aliam domum que fuit quondam suprascripti pelegrini que est ibi prope predictam domum de qua datur fictum annualem denariorum duodecim monasterio sancti Felicis. Similiter positam fuisse venalem per suprascripta Adelaxia per libb. sex infra ecclesia sancti Siri in publica concione ibi congregata et clamata per civitatem per papam servitorem com. pap. ad certos terminos infra quos nemo apparuit qui vellet plus in

ipsis domibus dare et quia cognovit juramento suprascripte Adelaxie se habere debere libras sedecim et solidos duodecim in bonis suprascripti viri sui et quod de ipsis solucionem non habuerat in toto nec in parte. Ideo suprascripti consules ex parte publica vendiderunt ipsi Adelaxie suprascriptas domos per suprascripto pretio. Eo modo ut ipsa suique heredes et cui ipsa dederit habeant et teneant ipsas domos prout suprascriptus quondam vir suus eas detinebat. Simul cum accessibus et ingressibus et universis suis pertinenciis sine contradictione alicuius persone et absque defensione comunis papie. In quo vero precio ipsi consules ex parte publica compensaverunt suprascriptas libras sedecim de dote sua tacitam fecerunt ipsam compensaverunt quod si ei vel suis heredibus seu cui ipsa dederit per dictas domos in toto vel in parte evinctas fuerint quod habeant regressum ad universum jus et actiones que continentur in carta predicta dotis que penes ipsam integram remanet et in bonis ipsius quondam viri sui quem admodum habebat antequam hec carta fieret, et quod eas obligationes et securitates anteriarum cartarum salve et firme permaneant et dederunt ei licentiam ex parte publica intrandi in possessionem suprascriptarum domorum sua auctoritate. Interfuerunt Sistus caraste et Carbo de piscaria testes.

Ego Girardus de balbis imperialis aule notarius hanc cartam tradidi et scripsi.

Ego Rufinus lotevengus imperialis aule notarius auctenticum hunc exemplum vidi et legi et sic in ea continebatur ut in hoc legitur exemplo preter literam vel sillabam plus minusve et hoc exemplum scripsi.

1231, 16 giugno.

III. *Bolla del Sommo Pontefice Gregorio IX al Capitolo della Cattedrale ed al Clero della Città di Pavia colla quale conferma l' elezione del Canonico Rodobaldo in Vescovo di Pavia.*

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei dilectis Filiis Capitulo et Clero papiensi salutem et apostolicam benedictionem. Ecclesia papiensis Pastoris solatio destituta et electioni de se facta renuntiante dilecto Filio Magistro Ardengo qui electus extiterat ad eandem. Nos sicut electionis vestre decretum nobis

exibitum continebat conveniente in unum (*) novem vestrum, qui vice omnium providerent ipsi Ecclesie de Pastore commisistis unanimiter potestatem, ipsi autem Sacramenti, quod eum eligerent quem crederent meliorem, invocata Spiritus Sancti gratia, Ven. Fratrem nostrum Rubaldum Episcopum tunc concanonicum vestrum canonice et concorditer elegerunt Vobis et populo acclamantibus, quod juxta vota cunctorum provisum erat viduata Ecclesia de persona Episcopi memorati; Cujus electionem nobis postmodum presentatam tamquam canonicam duximus confirmandam, et electo de mandato nostro in Presbiterum ordinato munus consecrationis recipiendum per nos ipsos Pallio eum juxta morem, et dignitatem ipsius Ecclesie decorantes. Cum igitur cum gratie nostre plenitudine remittamus eundem Universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus quatenus debito ipsum suscipientes honore sibi tamquam Episcopo vestro et Patri ac Pastori animarum vestrarum pleniter ac humiliter intendatis eidem obedientiam et reverentiam debitam et devotam, reverenter suscipiendo ejus salubria monita et inviolabiliter observando. Alioquin sententiam quam idem rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus Auctore Deo usque ad satisfactionem condignam observari.

Dat. Laterani XVI. kal. Julii Pontificatus nostri anno quarto.

Ego Pallamidexius Spelta de verona publicus imperiali auctoritate notarius dictique domini Episcopi scriba hoc presens publicum Instrumentum mihi fieri jussum tradidi imbreviavi et scripsi meoque signo consueto signavi in testimonium premissorum.

1231, 4 dicembre.

III. *Decreto del vescovo Rodobaldo col quale conferma e stabilisce, secondo l'antica consuetudine, che non debbano essere più di quattro i Canonici della Chiesa della Santissima Trinità.* (*Pergamena dell' Archivio Municipale di Pavia*).

Anno a nativitate domini millesimo ducentesimo trigesimo primo, indictione quarta die Jovis quarto mensis decembris. In pa-

(*) L' Anonimo Ticinese nel cap. XVIII. del suo Commentario compilato nel 1330 discorre egli pure degli elettori ch' erano scelti fra il clero pavese per nominare il proprio vescovo. V. Muratori *Rer. Ital. Script.* vol. XI.

pia in palatio Episcopali dominus Jacobus prepositus, presbiter Lafrancus, Martinus Siccus, et Gilius canonici sancte Trinitatis accedentes ad presentiam domini Robaldi dei gratia papiensis Episcopi ei humiliter supplicarunt quatinus cum ipsa Canonica consuevit esse constituta in quaterno numero clericorum ut unus esset prepositus et tres canonici, et ipsa ecclesia esse gravata honere debitorum, ipsam ecclesiam in eodem numero dignaretur ordinare, ipse dominus Episcopus cognoscens evidentissime ita esse ac volens utilitati ecclesie providere et liberatione debitorum eidem intendere diligenter: presentibus et volentibus dominis Daniele archipresbitero, Gintgulfo preposito, Petro de Episcopo canonico majoris ecclesie ordinavit et confirmavit eandem ecclesiam in quaterno de cetero numero clericorum, ita quod unus sit prepositus et tres alii sint canonici secundum ordinem ecclesie constituti promittentibus ipsis et jurantibus ipsi domino Episcopo quod non augmentabunt numerum istorum, salva semper domini pape et papiensis episcopi auctoritate in omnibus istis.

Interfuerunt dominus Rolandus prepositus, presbiter Johannes et Henricus dominosa canonici sancti Johannis donarum testes.

Ego Martinus poeta imperialis notarius interfui et hanc cartam scripsi.

1232, 17 febbrajo.

IV. *Conferma dei privilegi e delle concessioni accordate alla Chiesa Cattedrale dai Vescovi Bernardo e Rodobaldo I. riconosciute ed accettate dai Rettori e Ministri delle Chiese di Pavia.*

Anno a nativitate domini millesimo ducentesimo trigesimo secundo indictione quinta die mercurii tertiodecimo kal. martii. In Papia ad postulacionem magistri G. prepositi, domini m. cantoris et Gualdexii canonicor. papiensium, factam nomine majoris canonice papiensis presbyter Guilielmus rector minister ecclesie sancti Pancratii nomine ipsius ecclesie sancti Pancratii consensit privilegiis et concessionibus factis in generali capitulo ipsi majori ecclesie papiensi temporibus dominorum Bernardi et Rubaldi olim papiensium Episcoporum et ea privilegia et concessiones ratas habuit et sibi placuerunt in quibus privilegiis et concessionibus factis in generali capitulo papiensi temporibus illorum dominorum Bernardi et Rubaldi continetur quod ecclesia

papiensis debeat collectas impositas et imponendas ipsi ecclesie papiensi seu fodrum ab ipsis episcopis papiensibus vel clero papiensi solvere secundum extimationem factam a bone memorie quondam Lafranco episcopo papiensi, que extimatio est et fuit librarum ducentarum viginti denariorum bonorum papiensium de redditibus ad summam et nunc predictus presbyter Guilielmus nomine predicte ecclesie sancti Pancratii concessit voluit et sibi placuit ut predicta mater ecclesia papiensis ipsa privilegia et concessiones habeat in perpetuum ita videlicet ut dicte concessiones et privilegia a papiensibus episcopis et aliis prelatis et clericis papiensibus et diocesis ipsi papiensi ecclesie perpetuo et inviolabiliter conserventur. Interfuerunt testes Johannes clericus ecclesie sancti Eopli et Petrus portenarius ipsius majoris ecclesie papiensis. Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Philippus rector et minister ecclesie sancti Georgi de fenarolis nomine ipsius ecclesie consimili modo fecit et suprascripta omnia voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Egidius rector et minister ecclesie Sancte Tecle nomine ipsius ecclesie consimili modo in omnibus et per omnia fecit et suprascripta omnia voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Guido rector et minister ecclesie Sancti Gabrielis et Com. Martinus clericus ejusdem ecclesie nomine ipsius ecclesie consimili modo predicta omnia voluerunt et concesserunt.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Oglerius rector et minister ecclesie s. Gregorii nomine ipsius ecclesie consimili modo fecit et predicta omnia ut dictum est voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Rufinus rector et minister ecclesie Sancti Patritii nomine ipsius ecclesie consimili modo fecit et suprascripta omnia in omnibus et per omnia voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Ubertus rector et minister ecclesie Sancte Marie de Tortis nomine ipsius ecclesie consimili modo fecit et suprascripta omnia in omnibus et per omnia voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus dominus Guillelmus rector et minister ecclesie Sancte Marie de bergundiis nomine ipsius ecclesie consimili modo fecit et suprascripta omnia ut dictum est voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Ubertus rector et minister ecclesie Sancti Bartholomei de ponte nomine ipsius ecclesie consimili modo fecit et suprascripta omnia voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Ghisolfus rector et minister ecclesie Sancte Marie de mille virtutibus nomine ipsius ecclesie consimili modo fecit et suprascripta omnia voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus magister Hengilerius clericus ecclesie Sancte Marie de lascaleta nomine ipsius ecclesie consimili modo fecit et suprascripta omnia in omnibus et per omnia voluit et concessit.

Eodem die coram testibus Gartio grogno et suprascripto Petro portenario presbyter Petrus rector et minister ecclesie Sancti Eopli et Johannes ejusdem ecclesie clericus nomine ipsius ecclesie similiter voluerunt et concesserunt.

Eodem die et coram suprascriptis testibus Johanne clerico sancti Eopli et Petro portonario presbyter Siclerius ecclesie Sancti Stephani de campexe nomine ipsius ecclesie predicta omnia voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Petrus rector et minister ecclesie Sancti Georgi de clocariis et magister b. clericus ejusdem ecclesie nomine ipsius ecclesie suprascripta omnia voluerunt et concesserunt.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Johannes rector et minister Sancti Alexandri nomine ipsius ecclesie consimili modo fecit et suprascripta omnia, in omnibus et per omnia voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Nichola rector et minister ecclesie Sancte Marie de Curte cremona nomine ipsius ecclesie predicta omnia ut supra legitur voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Johannes rector et minister ecclesie Sancti Marci nomine ipsius ecclesie consimili modo fecit et suprascripta omnia in omnibus et per omnia voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Petrus rector et minister ecclesie Sancte Justine nomine ipsius ecclesie consimili modo fecit et suprascripta omnia ut supra legitur voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Jacobus rector

et minister ecclesie Sancti Primi et magister G. et Rolandus clerici ipsius ecclesie nomine ipsius ecclesie similiter voluerunt et concesserunt.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Johannes rector et minister ecclesie Sancte Marie de Verzario nomine ipsius ecclesie consimili modo fecit et suprascripta omnia voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Guiffredus et Jacob muricula clerici ecclesie Sancti Laurencii de porta Sancti Johannis nomine ipsius ecclesie consimili modo voluerunt et concesserunt.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Nicholaus ecclesie Sancte Mustiole nomine ipsius ecclesie consimili modo fecit et suprascripta omnia in omnibus et per omnia voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Bignamus rector et minister ecclesie Sancti Columbani nomine ipsius ecclesie consimili modo fecit et suprascripta omnia voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Rolandus rector et minister ecclesie Sancti Dalmatii nomine ipsius ecclesie consimili modo fecit et suprascripta omnia voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus Ardengus clericus ecclesie Sancti Philippi de Riali nomine ipsius ecclesie consimili modo fecit et suprascripta omnia in omnibus et per omnia voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Rufinus rector et minister ecclesie Sancti Andree de riali nomine ipsius ecclesie consimili modo fecit et suprascripta omnia voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus G. rector et minister Sancti Petri ad vincula presbyter Jacobus Salembenus et Apolinaris clerici ipsius ecclesie nomine ipsius ecclesie similiter fecerunt.

Die Jovis proxim. sequenti coram testibus Jacomo mansionario majoris ecclesie et Johanne serviente suprascripti Gualdexii G. prepositus Sancti Johannis in burgo et Capitulum nomine ipsius ecclesie similiter concesserunt.

Eodem die et coram eisdem testibus donnus Ugo prior ecclesie Sancte Marie de behteleem et fratres ejusdem ecclesie nomine ipsius ecclesie consimili modo suprascripta omnia voluerunt et concesserunt.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Thiberius et

presbyter Petrus et Siclerius clerici ecclesie Sancte Marie de lacapella nomine ipsius ecclesie predicta omnia voluerunt et concesserunt.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Johannes suprascripte ecclesie Sancte Marie de tortis nomine ipsius ecclesie similiter fecit, et suprascripta omnia in omnibus et per omnia voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Michael rector et minister ecclesie Sancti Savini nomine ipsius ecclesie consimili modo fecit et suprascripta omnia voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Andreas rector et minister ecclesie sancti Ambroxii nomine ipsius ecclesie similiter fecit et suprascripta omnia voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Albertus rector et minister ecclesie Sancti Bartholomei de ciconiis nomine ipsius ecclesie similiter fecit et suprascripta omnia voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus presbyter Petrus rector et minister ecclesie Sancti Theodori de cergnago nomine ipsius ecclesie consimili modo fecit et suprascripta omnia voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus ad postulacionem domini Danielis Archipresbyteri magistri Guillelmi et advocati canonicorum dicte majoris ecclesie dominus Jacobus prepositus Sancte Trinitatis et presbyter Lafrancus canonicus ejusdem ecclesie nomine ipsius ecclesie consimili modo fecerunt et suprascripta omnia voluerunt et concesserunt.

Eodem die et coram eisdem testibus et ad postulacionem predictorum prepositus Sancti Pantaleonis et Martinus canonicus ejusdem ecclesie nomine ipsius ecclesie consimilem concessionem fecerunt.

Die Sabbati prox. sequenti coram eisdem testibus et ad postulacionem suprascriptorum presbyter Petrus rector et minister Sancte Agathe nomine ipsius ecclesie suprascripta omnia voluit et concessit.

Eodem die et coram eisdem testibus Bergundius clericus suprascripte ecclesie Sancte Marie de Bergundiis nomine ipsius ecclesie consimili modo fecit et suprascripta omnia ut dictum est voluit et concessit.

Eodem die coram testibus Ardezono de Gandiano et Bellono

mansionario presbyter Gayferius rector et minister suprascripte ecclesie Sancte Marie de scaleta nomine ipsius ecclesie idem fecit.

Suprascripto die mercurii coram suprascriptis testibus Johanne clerico Sancti Eopli et Petro portenario magister Anselmus rector et minister ecclesie Sancti Nicholai de verzario nomine ipsius ecclesie consimili modo predicta omnia voluit et concessit, dummodo canonici dicte majoris ecclesie non moveant questionem contra dictam ecclesiam Sancti Nicholai.

Ego Detesalvus de fara imperialis notarius interfui et hanc cartam concessionis jussu supradictorum prelatorum et clericorum inde scripsi.

1242, 16 agosto.

V. *Sentenza pronunciata da Oclerio Beccaria console di Giustizia contro varie persone della villa di Mondondone per la quale vengono condannate a prestare l' albergaria all' arcidiacono e canonici della Cattedrale, o a dare per essa un compenso in denaro.*

Anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo indictione quintadecima die sabathi sextodecimo mensis augusti. In papia Uclerius de beccaria Consul justitie papie et arbiter inter Petrum grassum, Rufinum de baccio, Petrum testam, Marcum cortesium, Rufinum mussum, domnam Sibonam de montedondono ex parte una et dominum Danielem archidiaconum et capitulum papien. ex alia sic ut actum est in carta per me Guilielmum hodie ordinata de consilio parabola et auctoritate Ottonis tensi Gualteri de castello et Johannis Gabbi ibi presencium pronunciavit et dixit partibus presentibus quod predicti sex de monte dondono de cetero debeant dare istis dominis archidiacono et capitulo papien. pro qualibet albergaria, quam ipsi canonice debent, prandium et cenam seu cenam et prandium duobus dominis et duobus equis omni anno semper in medio mense augusti. Et pro qualibet albergaria dent et dare debeant extimacione scilicet soldos octo pap. ipsis canonicis tam de terrenis quam de fictis. Itaque sit semper in et ex tota potestate istius domini archidiaconi et capituli papien. accipere utrum voluerint istam extimacionem aut predictas albergarias et pro preteritis albergariis a calend. augusti prox. preteriti retro quilibet

predictorum de monte dondono solvat pro tribus albergariis secundum extimacionem predictis usque ad dies triginta prox. Et pronunciavit et ordinavit idem arbiter de voluntate suprascriptorum trium sapientium quod predicti de monte dondono restituant omnes expensas istis canonicis quas de cetero facerent pro istis albergariis vel extimacionibus preteritis. Et ita precepit dictus arbiter istis archidiacono et canonicis quod sint contenti et in posterum non molestent predictos homines et ipsis hominibus presentibus precepit sicut arbiter sub pena compromissa quod attendant et observent ut supra legitur et sicut consul justitie precepit eis de debito sacramenti quod ista omnia attendant et observent et contra non veniant et mihi hanc cartam fieri jussit. Interfuerunt Hugolinus maxonarius et Henricus maxonarius testes.

Ego Guilielmus Cepolla Imperialis notarius interfui et hec scripsi.

1255, 4 maggio.

VI. *Investitura fatta dal Capitolo della Cattedrale a Bencio Oliveri con obbligo al medesimo di pagare sotto speciale riserva a Giorgio Geberello un annuo canone assentato sopra terre situate nella villa di Mondondone.*

Anno a nativitate domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto indictione tertiadecima die martis quarto mensis madii. In papia in claustro canonice papien. dominus Otto de curte Canonicus papiens. electus de consensu et voluntate domini Gullielmi archipresbiteri, Michaelis cantoris, Calvi de gambolato, magistri Syclerii et domini Alberti flaccapanis et Conradi de beccaria canonicorum papiensium presentium, et ipsi domini a parte capituli papiensis preceperunt Bencio de oliveriis de monte dondono in eorum presentia constituto et ei parabolam dederunt quod ab hodie in antea quamdiu predicti domini excusserint et recuperaverint a Georgio geberello terras et possessiones et res de monte dondono de quibus ipsi Georgio venditionem fecerunt respondeat solvat et det ipsi Georgio illos starios tredicim et minam pap. frumenti et albergariam illam quam ipsis dominis hodie dictus Bencius solvere promisit eis per investituram quam ipsi hodie sibi fecerunt ut continetur

in carta facta per me notarium infrascriptum. Et ipsi Georgio presentia eorum et suprascripte Ecclesie omnia jura cesserunt et dederunt adversus ipsum Bencium et ejus bona pro omnibus suprascriptis de cetero usque suprascriptum tempus habendis et percipiendis et pro expensis petendis pro eo toto quod ad ipsos dominos suprascripto nomine spectabat et pertinebat occasione predicta. Et inde ipsum Georgium in suo et ecclesie loco posuerunt et constituerunt eo quod dicte res suprascripto Bencio per predictos dominos investite fuerunt de compera et tenuta Georgii suprascripti et inde hanc cartam fieri jusserunt. Interfuerunt Guido canevarius et Gullielmus de curte testes.

Ego Guillielmus cepolla notarius interfui et subscripsi.

Ego Henricus de parona sacri palacii notarius hanc cartam jussu suprascripti Gullielmi scripsi.

1264, 5 gennajo.

VIII. *I canonici della Cattedrale di Pavia ed i frati ministri dell' Ospedale detto di Betlem nel borgo di Tesino costituiscono Giacomo Robba giudice ed arbitro per decidere la questione di un annuo canone di 300 fasci di legna, che asserivasi dovuto dall' Ospedale al Capitolo del Duomo.*

Anno a nativitate domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto indictione septima die veneris quinto mensis januarij. In papia capitulum majoris ecclesie papiensis videlicet magister Hospinus canonicus papiensis vicem gerens prepositi papiensis presentibus volentibus et ei consentientibus et affirmantibus dominis Gulielmo archipresbytero, Michaele cantore, Conrado de beccaria, Bergundio de canevanova atque magistro Ambroxio canonicis et fratribus dicte ecclesie papiensis et ipsi canonici et fratres nomine ipsius capituli et Ecclesie papiensis ex una parte necnon Petrus de lomello rector et minister hospitalis de betalem papie presentibus volentibus et ei consencientibus et affirmantibus fratre Gulielmo guerra, fratre Johanne buccalucij, fratre Gillio medico, fratre Bernardo de arena conversis et fratribus dicti hospitalis et ipsi conversi et fratres insimul cum dicto ministro nomine et a parte dicti hospitalis et pro ipso hospitali ex alia parte vicissim et concorditer compromisserunt stare in arbitrio et arbitramento dicto laudamento et ordinamento Jacobi de rob-

ba judicis de tota lite contencione et controversia que vertebatur et verti posset inter ipsas partes nomine et occaxione ficti trecentorum fassuum lignorum de pectore ticinensium quod perpetuum per dictum capitulum suprascripto nomine et dicunt habere debere omni anno fictum ab ipso hospitali et in ejus bonis de certis rebus jacentibus super ticinum in contrata que dicitur piarda et castelletum sive in illis circumpartibus et contratis et tam occaxione proprietatis ficti predicti dandi quam ficti olim retenti et de cetero in futurum dandi et nomine et occaxione cujuslibet questionis et peticionis mote et movende inter ipsas partes et qualibet earum occaxione predicte proprietatis et ficti tam temporis preteriti quam futuri ita quod liceat ipsi arbitro seu arbitratori dicere precipere ordinare laudare pronunciare et arbitrari super predictis et quolibet predictorum quidquid voluerit precisse ad ejus plenum et liberum arbitrium et voluntatem sine libelli datione litis contestatione et sine aliqua juris solempnitate seu judiciario ordine observato presentibus partibus et absentibus citatis et non citatis una vice et pluribus super uno capitulo et diversis diebus feriatis et non feriatis et ita tempore feriarum sive alio tempore ubi voluerit et quando voluerit et sicut voluerit et totum id quod dixerit preceperit ordinaverit laudaverit arbitratus fuerit ipse partes vicissim facere et attendere promisserunt et que pars contrafecerit promisit alteri parti dare nomine pene dampnum et interesse libras quinquaginta papienses in denariis numeratis rato manente pacto ita quod pena tociens comittatur quociens contrafactum fuerit soluta pena semper existente firmo compromisso et hijs que pronunciata fuerint et omnes expense que pro hoc ficto et pro predictis petendis fierent ullo modo vicissim pars parti restituere promisit in denariis numeratis. Credendo vicissim pars parti in suo dicto sine sacramento faciendo de expensis factis et ita ut dictum est vicissim pars parti suprascripto nomine attendere promisit. Et pro hijs attendendis obligavit vicissim pars parti omnia sua bona videlicet idem capitulum bona canonice et predictus minister et rector consensu bona suprascripti hospitalis durante presenti compromisso usque ad medium januarii proximi et tantum plus quantum partibus concorditer prorogare placuerit renunciantes ipse partes vicissim litteris apostolicis privilegiis tam humanis quam divinis et decreto facto vel fiendo et probationibus testium contra hec. Et inde plures carthas uno tenore fieri rogaverunt.

Interfuerunt Guifredus de nocte presbyter Johannes sancte Marie tortorum et Jacobus cappellanus majoris Ecclesie papiensis inde testes.

Ego Perracius drayncrio notarius sacri palacii interfui et hanc cartam tradidi et scripsi.

1264, 11 gennajo.

IX. *Sentenza pronunciata dal giudice ed arbitro Giacomo Robba nella controversia insorta tra i canonici della Cattedrale ed i ministri dell' Ospedale di Betlem.*

Anno a nativitate domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto indictione septima die veneris undecimo mensis januarii. In papia in claustro canonice papiensis Jacobus de robba judex arbiter seu arbitrator electus inter capitulum et canonicos majoris Ecclesie papiensis nomine ipsius Ecclesie ex una parte nec non dominum Petrum de lomello rectorem et ministrum hospitalis de betalem de ultraticinum papie et fratres et conversos ipsius hospitalis nomine ipsius hospitalis et ipsum hospitale ex alia sub pena librarum quinquaginta papiensium vicissim per partes promissa rato manente pacto super causa seu questione que vertitur seu vertebat inter ipsas partes occaxione cujusdam ficti de fassis trecentorum lignorum de pectore tycinensium siccorum annuatim ipsi canonice dandis per hospitale predictum de certis rebus jacentibus super ticinum in territorio et curia castelleti et inpiarda et quod fictum ipsum capitulum et canonici petebant ab ipso hospitali et tam occasione ficti retenti et futuri quam proprietatis ut de ipso compromisso continetur in carta facta per me Perracium draynerio notarium infrascriptum dixit precepit ordinavit laudavit sententiavit pronunciavit et arbitratus fuit pro bono pacis et concordie quod dictum hospitale de betalem et ministri dicti hospitalis pro ipso hospitali qui pro tempore fuerint dent et dare debeant et dare teneantur predicte canonice papiensi et canonicis nomine ipsius canonice in festo sancti Michaelis prox. vent. et deinceps singulis annis in dicto festo fassos trecentos lignorum ticinensium sycorum bonos in laude bonorum hominum conductorum expensis predicti hospitalis in rippa ticini porte pertuxii. Veruntamen si dicta ligna ex quo essent ibi conducta perirent propter inundationem aqua-

rum periculum sit dicte canonice et canonicorum. Item idem arbiter dixit precepit ordinavit laudavit pronunciavit et arbitratus fuit quod dominus Petrus de lomello predictus rector et minister dicti hospitalis consensu fratrum suorum assignet et assignare debeat predictis canonicis et canonice usque ad calend. martii prox. vent. tantum de poderi quod dictum hospitale habet in territorio et curia castelleti et inpiarda quod bene valleat libras ducentas papien. secundum quod fuerit extimatum per dictos bonos homines et legalles ellectos per dictum Jacobum arbitrum et quod canonici dicte canonice nomine ipsius canonice et pro ipsa canonica investiant et investire debeant predictum ministrum nomine predicti hospitalis de predictis libris ducentis terre et boschi eis assignatis per dictum ministrum. Et quod predictus minister pro dicta Investitura consensu fratrum suorum nomine dicti hospitalis promittit dare predictis canonicis nomine dicte canonice in festo sancti Michaelis prox. vent. et deinceps singulis annis in festo sancti Michaelis fassos trecentos lignorum sichorum bonos in laude bonorum hominum conductorum a rippa ticini ad portam pertuxii cum expensis que fierent pro ipso ficto petendo et fiat cartha Investiture ad modum et consuetudinem hujus Civitatis ita ut de jure valleat. Item idem Jacobus dixit precepit ordinavit pronuntiavit et arbitratus fuit quod predictus dominus Petrus minister predicti hospitalis nomine ipsius hospitalis et ipsum hospitale dent et dare debeant et teneantur dare predictis canonicis predicto nomine pro toto ficto temporis preteriti hucusque retento libras quindecim papienses usque ad octavam pasche resurectionis domini prox. Et quod dicti canonici ei ante solutionem dictarum librarum quindecim papiensium teneantur et debeant facere finem et refutationem et pactum de non petendo de toto ficto retento dictorum lignorum predicto ministro nomine dicti hospitalis, et de jure quod habeant in proprietate unde fictum prestabatur eis ea occasione quod vellent dicere ipsam proprietatem eis fore aptam occasione retentionis ficti. Item dictus arbiter seu arbitrator dixit precepit ordinavit laudavit pronunciavit et arbitratus fuit quod predictus minister suprascripto nomine det et solvat et dare et solvere debeat suprascripto Jacobo arbitro soldos sexaginta papienses usque ad decem dies proximos pro sua parte judicature hujus cause. Et ita ut dictum est dictus arbiter seu arbitrator dixit precepit ordinavit laudavit sententiavit pronunciavit et arbi-

tratus fuit quod ipse partes vicissim attendant et servent in pena et sub pena in compromisso apposita rato manente pacto presentibus partibus et non contradicentibus sed consencientibus et acquiescentibus videlicet presente domino Bonifacio archidiachono papiensi, dominis Guilielmo archipresbytero, magistro Hospino, Conrado de beccaria, Bergundio de canevanova et magistro Ambrosio canonicis papiensibus nomine ipsius canonice papiensis et presentibus predicto domino Petro ministro fratre Johanne buccalucij fratre Gillio medico et fratre Gulielmo guerra conversis et fratribus dicti hospitalis nomine dicti hospitalis et pro ipso hospitali. Et inde dictus arbiter hanc cartam fieri jussit. Interfuerunt Bernardus de antonio Ruffinus de nocte Andreas morus et Gulielmus de regina testes.

Ego Perracius draynerio notarius sacri palacii interfui tradidi et scripsi.

1264, 31 ottobre.

X. *L' Ospedale di Betlem oltre il Tesino e per esso i suoi ministri sacerdoti e conversi dell' ordine degli Umiliati secondo la sentenza del giudice ed arbitro Giacomo Robba assegnano alcuni fondi di loro proprietà situati nel territorio di Castelletto ai canonici della Cattedrale. Su questi fondi costituiscono un' enfiteusi assicurante l' annuo canone dei 300 fasci di legna dovuto al Capitolo del Duomo da cui l' Ospedale ne riceve l' investitura coi patti reciprocamente convenuti.*

Anno a nativitate domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto indictione septima die veneris pridie calend. novembris. In papia in choro sancte Marie majoris Ecclesie papiensis. Cum pronunciatum esset per Jacobum de robba arbitrum seu arbitratorem electum inter capitulum et canonicos predicte canonice et Ecclesie papiensis nomine ipsius canonice ex una parte et dominum Petrum de lomello ministrum et rectorem hospitalis de betalem de ultraticinum papie et conversos ipsius hospitalis nomine dicti hospitalis ex alia quod ipsi ministri et conversi dicti hospitalis debent assignare et assignarent infra certum terminum predictis canonicis nomine canonice predicte tantum de poderi quod dictum hospitale habet in territorio et curia Castelleti et in piarda quod bene valleat libras ducentas pa-

pienses secundum quod esset extimatum per bonas et legalles personas occaxione illius ficti de fassis trecentis lignorum ticinensium de pectore sicorum, quos ipsi canonici nomine canonice petebant ab ipsis hospitali et ministris dicti hospitalis nomine hospitalis omni anno dandis ipsi canonice et occaxione proprietatis dicti ficti consignande ipsi canonice per dictum hospitale, et quod dicti canonici facta consignatione nomine ipsius canonice investire debent et investirent predictos ministros et conversos nomine dicti hospitalis de predictis libratis ducentum poderis consignata ad fictum inde dandum quolibet anno fassos trecentum lignorum ticinensium conductos papiam ad rippam ticini de porta pertuxij papie ut de ipsa sententia continetur in carta facta per me Perracium notarium infrascriptum predictus dominus Petrus de lomello rector et minister predicti hospitalis presentibus volentibus consencientibus et affirmantibus fratre Gillio de medicis fratre Ruffino de anzano et fratre Johanne buccalucij conversis et fratribus suis in dicto hospitali protestantes ad presens plures non esse in civitate papie de fratribus et conversis dicti hospitalis et ipsi fratres et conversi nomine et a parte dicti hospitalis et pro ipso hospitali volentes observare sentenciam et pronunciationem predicti arbitri assignaverunt magistro Hospino canonico papiensi gerenti vicem prepositi papiensis presentibus volentibus et ei consencientibus dominis Gulielmo archipresbytero, Michaele cantore, Calvo de gambolate, Henrico de nazaro, Bergondio de canevanova canonicis papiensibus et ipsi canonici nomine dicte canonice papie infrascriptas duas pecias boschi prati et gerbi jacentes in territorio castelleti in piarda videlicet totum boschum quod dicitur glayrolla sicut restringit cerrum et rialle de lacurte et riale de leconis cui coheret a mane predictum hospitale a meridie idem hospitale ab acquilone conversi de lavillata et a sero cerrum quantumcumque sit cum medietate acquarum cerri. Secunda pecia est zerbum et pratum insimul tenentes se cum suprascripto boscho sicut restringit cerrum et lacum novellum cui coheret a mane lacus novellus a meridie suprascriptum hospitale a sero cerrum ab acquilone predictum boschum et est jugera duodecim sive plus minusque sit quantumcumque sit ipsum dicendo predicti dominus minister et conversi a parte hospitalis quod predicte due pecie boschi et prati et gerbi sunt et erant predicti hospitalis et quod bene vallent libras ducentas papienses et plus de quibus duabus pe-

ciis boschi prati et gerbi idem minister predicto nomine et consensu et ipsi fratres sui cum eodem ministro nomine et a parte predicti hospitalis et pro ipso hospitali fecerunt predictis canonicis predicto nomine assignationem secundum formam dicte sentencie ut dictum est et finem et reffutationem et pactum de non petendo et de omni jure quod in ipsis rebus assignatis predicto nomine et ipsum hospitale habent seu habere possent modo aliquo vel occaxione ita quod dictus minister et conversi predicto nomine et eorum successores de cetero erunt taciti et contenti omni tempore versus predictos canonicos predicto nomine et eorum successores nomine ipsius canonice et versus ipsam canonicam. Et ita suprascriptus minister suprascripto nomine et consensu et ipsi fratres et conversi nomine dicti hospitalis promisserunt ipsis canonicis predicto nomine attendere constituendo a parte dicti hospitalis se predictas res assignatas ipsorum capituli et canonicorum et canonice nomine possidere vel quasi dando ipsis canonicis predicto nomine licentiam potestatem auctoritatem intrandi inde in tenutam et possessionem de predictis rebus assignatis et faciendo quidquid voluerint predicto nomine eorum auctoritate quandocumque voluerint. Et ibi magister Hospinus predicto consensu et ipsi canonici insimul cum predicto magistro Hospino nomine et a parte dicte canonice volentes similiter predictam sententiam observare recepta consignatione et possessione predictarum rerum tamquam domini et possessores predictarum rerum assignatarum investiverunt ad fictum et nomine ficti predictum dominum Petrum ministrum predicto consensu et predictos conversos nomine dicti hospitalis de predictis duabus peciis boschi prati et gerbi superius assignatis. Eo modo fecerunt investituram predictam quod de cetero idem minister et conversi et eorum successores et non cui dederint a parte suprascripti hospitalis habeant et teneant predictas duas pecias boschi prati et gerbi cum accessibus et ingressibus et omnibus suis pertinenciis in integrum sine contradictione suprascriptorum dominorum canonicorum et eorum successorum a parte ipsius canonice et ipsius canonice et cum deffensione ipsius hospitalis et predictorum ministri et conversorum et eorum successorum a parte ipsius hospitalis et integra restitutione in omni casu et eventu. Et ita predicti canonici predicto nomine promisserunt ipsi ministro et conversis predicto nomine attendere. Et idem minister predicto nomine et consensu et ipsi conversi et fratres

dicti hospitalis promisserunt predictis canonicis predicto nomine predictas res assignatas deffendere in omni casu et eventu et manutenere expensis et periculo dicti hospitalis in predicto valimento extimatas et dare et solvere predictis canonicis predicto nomine seu ipsi canonice nomine ficti de rebus investitis predictis in festo sancti Michaelis prox. vent. et deinceps quolibet anno in festo sancti Michaelis fassos trescentum lignorum ticinensium sicorum in laude bonorum hominum conductorum in rippa ticinj pap. ad portam pertuxium. Et si ita non attenderint et ipsi canonici post terminum extimum elligerint promisserunt id solvere in denariis numeratis insimul cum expensis que predicta occaxione et pro predictis petendis fierent ullo modo. Credendo eisdem dominis suprascripto nomine in eorum dicto sine sacramento faciendo de expensis factis. Et ita ut dictum est predicti minister et conversi nomine et a parte dicti hospitalis promisserunt predictis canonicis nomine suprascripte canonice attendere solvere et observare. Et pro hiis omnibus et singulis attendendis obligavit eisdem canonicis predicto nomine omnia bona suprascripti hospitalis pignori. Et hoc stetit inter eos et expresse fuit dictum et actum quod aliquo tempore per aliquem modum non liceat predictis ministro et conversis nec eorum successoribus predicto nomine, nec possint predictas res investitas refutare quam ideo minus teneantur de ficto predicto singulis annis dando ut supra legitur ita quod si modo aliquo refutarent ita teneantur de ficto predicto ac si non refutassent nisi foret de voluntate capituli predicte canonice, item hoc stetit inter eos quod aliquo tempore per aliquem modum non liceat predictis ministro et conversis nec eorum successoribus predicto nomine nec possint predictas res investitas alicui vendere donare alienare obligare cambiare nec in aliquam personam seu ecclesiam transmutare absque dicti capituli licentia assensu et voluntate. Et si contra fieret predicta proprietas sit libere aperta ipsi canonice ad voluntatem capituli ipsius canonice cum toto melioramento utilitate causa et cum tanto melioramento de rebus et possessionibus dicti hospitalis que se tenent cum dicta proprietate investita quod ipsa proprietas et res investite semper valeant libras ducentas papienses. Et pro hac investitura fuerunt confessi predicti canonici predicto nomine se accepisse a suprascriptis ministro et conversis predicto nomine capones quindecim renunciando exceptioni non accepte investiture et ibi predicti

minister et conversi predicto nomine promisserunt se curaturos sic quod alij fratres et conversi et converse dicti hospitalis hinc ad mensem unum prox. habebunt ratam investituram predictam et assignationem et omnia predicta et singula ut superius legitur et ea ratificabunt et firmabunt a parte dicti hospitalis simili modo promittent et obligabunt ut dictum est supra. Et predicti canonici nomine predicte canonice et pro ipsa canonica pro bono pacis et concordie servande inter predictam canonicam et hospitale et volentes sentenciam predicti arbitri observare quia sic ut infra legitur de hijs finibus per ipsum arbitrum pronunciatum erat fecerunt predictis ministro et conversis dicti hospitalis finem remissionem refutationem et pactum de non petendo de toto ficto retento dictorum lignorum hinc retro et de jure quod habent in proprietate unde fictum predictum prestabant ipsi canonice ea occaxione quod vellent et possent dicere ipsam proprietatem eis fore apertam occaxione retentionis ficti ita quod exinde suprascripto nomine de cetero contenti erunt et taciti versus predictos ministrum et conversos predicto nomine et versus dictum hospitale. Et ita predicti canonici predicto nomine promisserunt predictis ministris et conversis predicto nomine attendere et se curatoros et facturos sic quod alij canonici seu majus capitulum ipsius canonice contenti erunt et taciti hijs omnibus supradictis et ea ratificabunt et aprobabunt et contra non venient. Et inde plures cartas uno tenore fieri rogaverunt.

Interfuerunt Bernardus de antonio presbyter Michael cappellanus majoris Ecclesie pap. Guifredus de nocte et Gualterius Pesacius testes.

Ego Perracius draynerio notarius sacri palacij interfui et in hac carta a me tradita scripsi.

Ego Omnebonum de soncino sacri palacij notarius hanc cartam jussu suprascripti Perracij scripsi.

1265, 10 ottobre.

XI. *La Fabbrica di s. Siro e per essa il suo rettore e ministro Uberto di Monteroto investe l' Ospedale di Gropello, rappresentato dal suo rettore e ministro frate Enrico dei Beccarii, di tre pezzi di terra per l' annuo canone di lire otto pavesi.*

Anno a nativitate domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto indictione octava die sabati decimo mensis octobris. In papia Ubertus de monteroto rector et minister Laborerii Ecclesie sancti Syri nomine ipsius Laborerii et pro ipso Laborerio investivit ad fictum fratri Henrico de beccariis rectori et ministro hospitalis de Gropello nomine ipsius hospitalis nominative de petia una vinee jacentis in territorio predicti loci ubi dicitur ad albarellam et est pertic. viginti cui coherent a mane heredes quondam Alberti maconi, a meridie predictum hospitale, a sero Syllanus beccarius, a nulla hora Jacomus calegarius et fratres. Item de pert. decem vinee jacentis ibi prope coherentias a mane predicti heredes, a meridie et a sero predictum hospitale, a nulla hora predictus Jacomus et fratres de qua datur fictum predicto hospitali per Henricum de aymo de dicto loco congios quinque papien. vini. Item et de pert. novem terre culte jacentis ibi et prope se tenentis cum predicta vinea coher. a mane heredes predicti Alberti, a meridie Oliverius beccarius, a sero predictus Syllanus, a nulla hora predictum hospitale, sive ibi alie sint coherentie. Eo modo ut de cetero dictus frater Henricus nomine dicti hospitalis et ejus successores et cui vel quibus dederint preter Ecclesie, alio hospitali, capitaneo, valvasori servo ponti infirmo loco religioso habeant et retineant predicta investita cum accessibus et ingressibus et universis pertinentiis seu spectantibus infrascriptis et faciant exinde quidquid facere predicto nomine voluerint ut supra, et inferius legitur sine contradictione ipsius Uberti ministri ejusque successorum a parte dicti Laborerii et cum sua ejusque successorum a parte dicti Laborerii defensione ab omni persona cum ratione. Et ita ipse Ubertus minister suprascripto nomine promisit eidem Henrico suprascripto nomine attendere ad dandum et solvendum exinde fictum omni anno ipsi Uberto ministro et ejus successoribus nomine dicti Laborerii, semper in festo sancti Michaelis libras octo papien-

ses in denariis numeratis tantum, quod fictum ipse frater Henricus nomine dicti hospitalis ipsi Uberto ministro predicto nomine ita solvere et attendere omni anno ut dictum est promisit. Credendo de expensis inde factis sine sacramento faciendo. Et inde bona dicti hospitalis pignori obligavit. Hoc accepto inter eos quod si dictus frater Henricus nomine dicti hospitalis vel ejus successores si predicta investita in toto vel in parte vendere vel alienare voluerint requirere debeant ipsi Uberto ministro vel ejus successori a parte dicti Laborerii et ei dare per minus denarios duodecim papiens. pro qualibet pertica quam ab alio bona fide habere potuerit, si emere voluerit infra quindecim dies proximos post requisixionem ei factam tunc vendant et alienent postea cui voluerint preter exceptatis personis ad suprascripta attendenda, dando ille qui emerit pro investitura de qualibet libra precii denarios viginti papienses. Et pro hac investitura fuit confessus dictus Ubertus minister suprascripto nomine accepisse a predicto fratre Henrico nomine dicti hospitalis unum lepus renunciando exceptioni non accepte investiture. Et inde plures cartas fieri rogaverunt.

Interfuerunt Lorengus de sycleriis, Monterotus de monteroto et Andreas beccarius inde testes.

Ego Roglerius de abiate notarius sacri palatii hanc cartham tradidi et scripsi.

1267, 16 dicembre.

XII. *Testamento di frate Rainerio di San Nazaro dell'Ordine degli Umiliati Vescovo Mainense.*

Anno a nativitate domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo indictione decima die veneris sextodecimo mensis decembris. In papia in nomine amen. Ego frater Raijnerius de sancto nazario Episcopus Maynens. volens facere testamentum et disposicionem et ordinacionem bonorum meorum in meo sensu memoria et recordacione pronunciatione anime mee. In primis instituo Ecclesiam meam sancti Oldrici sytam in domo mea in qua habito et ordinem seu mansionem humiliatorum domus nomine de citra ticinum in heredes. Item instituo Salionum Conradum et Raynucium nepotes meos filios quondam Bergundii de sancto nazario fratris mei mihi heredes equaliter in pecia

una de juribus posita in loco et territ.° comunis brone ubi dicitur in Valoria que est pertic. decem et tabule septem quam emi a dicto quondam Bergundio et a quondam Turcone fratribus meis. Item do lego ipsis nepotibus meis universum debitum quod mihi debent vel debebant ipsi quondam Bergundius et Turco fratres mei per plura instrumenta que instrumenta volo et ordino debere eis reddi incisa sine ullo dacito inde dando. Item do lego ipsis nepotibus meis illas libras triginta quatuor papien. quas eis mutuavi. Item do lego eisdem duas cararias. Item volo statuo et ordino quod ipsi fratres humiliati sive ordo seu mansio humiliatorum domus nomine de ultra ticinum debeant et teneantur perpetuo habere et tenere in eadem domo mea et ecclesia syta intra ipsam domum meam superius nominatam tres sacerdotes de ordine suo qui ibidem continue faciant resydenciam et firmam ipsi capelle mee superius nominate divina officia et alia que competunt ecclesiis celebrando. Quorum tamen sacerdotum sit frater Michael de piscariis dum vixerit et voluerit, alii duo sint frater Manfredus, et frater Vitus qui morantur mecum, quamvis frater Vitus non sit de ordine eorum dum vixerit et voluerit et post mortem ipsius fratris Michaelis alius subrogetur ibidem scilicet unus illorum duorum scilicet predictorum fratris Viti et fratris Manfredi qui in predicta domo similiter duos sacerdotes habeant ut superius dictum est, in persona dicti fratris Michaelis, et eos tractare debeat fraterna caritate tam in temporalibus quam in spiritualibus nec eos vel aliquem ipsorum mutare nec removere aliquo modo de predicta domo possit vel debeat nisi talis intervenerit causa per quam licitum sit ei ipsos vel aliquem ipsorum expellere et removere. Item volo statuo et ordino quod predicta domus mea quam habito cum ecclesia et possessionibus omnes possessiones mee quas habeo et videor habere in loco et territorio brone et vigorarii et cigugnole, ultra predicta, que nepotibus meis dimisi debeant pervenire in ordinem sive mansionem domus nove humiliatorum de ultra ticinum meos heredes jure institucionis, ita quod non possint nec debeant alienari quocumque titulo alienacionis per predictos fratres humiliatos nec per ipsum ordinem humiliatorum tam post mortem dicti fratris Michaelis, quam in vita aliquo modo ingenio tenendo semper ibidem tres sacerdotes quorum unus sit predictus frater Michael dum vixerit et voluerit, et alii duo sint predicti frater Vitus et frater Manfredus

dum vixerint et voluerint, nec etiam super alienacione rerum predictarum facienda possint nec debeant predicti fratres et ordo humiliatorum rescriptum vel indulgenciam sedis apostolice impetrare et fructus redditus predictarum rerum et possessionum debeant pervenire in predictum fratrem Michaelem in vita sua qui semper habeat totam rerum temporalium administracionem in predicta domo et ecclesia et possessionibus supradictis, et post mortem dicti fratris Michaelis debeat ipsa administracio pervenire in eum qui sibi subrogaretur ibidem vel eos qui sibi subrogarentur quorum unus semper habeat administracionem rerum temporalium in dicta domo et ecclesia ita quod predicti tres sacerdotes quorum unus semper intelligatur predictus frater Michael dum vixerit et voluerit, et predicti frater Vitus et frater Manfredus dum vixerint et voluerint, de fructibus et redditibus predictarum rerum possint et debeant habere vitum et vestitum in dicta domo mea et ecclesia prout convenit ordini humiliatorum, et si quod residuum ultra vitum et vestitum affuerit predictus frater Michael dum vixerit et voluerit debeat dare et disponere pauperibus pro mercede anime mee prout melius ei videbitur faciendum, et si predicti fratres domus nove humiliatorum vel etiam ordo humiliatorum attentaverint infringere ultimam meam voluntatem in aliquo vel venire contra hanc presentem disposicionem meam, scilicet in non tenendo ibi semper tres sacerdotes, ut superius est notatum, quorum unus sit predictus frater Michael dum vixerit et voluerit, et duo sint predicti frater Vitus et frater Manfredus, dum vixerint et voluerint, vel si predicti fratres vel predictus ordo non ponerent ibi predictum fratrem Michaelem et predictos fratrem Vitum et fratrem Manfredum quo minus morerentur in predicta domo et ecclesia secundum presentem meam disposicionem, vel si predictus ordo vel fratres humiliatorum attentaverint alienare vel obligare aliqua de predictis contra ultimam meam voluntatem et disposicionem, vel si voluerint removere fructus redditus et proventus dictarum possessionum de manibus dicti fratris Michaelis, vel alius sibi subrogare vel venire contra aliquid superius vel inferius declaratum, volo et ordino quod predicta domus, et predicte possessiones et fructus redditus et proventus dictarum possessionum et rerum predictarum debeant pervenire in canonicos et capitulum majoris ecclesie pap., qui canonici et capitulum majoris ecclesie pap. debeant habere et tenere in di-

cta domo mea et ecclesia tres sacerdotes secundum modum superius denotatum qui ibidem debeant divina officia celebrare, videlicet missam defunctorum pro anniversario, septimo, vicessimo et tricessimo anime mee et omnium meorum defuntorum et omnium benefatorum meorum qui michi donaverunt et dederunt, preter quam in dominicis et aliis festivis diebus in quibus debeant illud officium quod diei convenit celebrare, quorum tamen sacerdotum sit predictus frater Michael dum vixerit et voluerit, et alii duo sint predicti frater Vitus, et frater Manfredus dum vixerint et voluerint, qui frater Michael habeat totam administracionem rerum temporalium ut superius est notatum, ita quod dispositio reddituum et fructuum rerum predictarum ministrentur per manus predicti fratris Michaelis tamquam prorectorem et per ipsum disponantur dum vixerit, sive predicte res mee permanserint in predictos fratres humiliatos, sive ob culpam eorum pervenerint in canonicos et capitulum majoris ecclesie memorate. Item confidens de bonitate et religione dicti fratris Michaelis sive predicte res mee permanserint in predictos fratres, sive pervenerint in predictos canonicos et capitulum majoris ecclesie pap. secundum modum superius denotatum, volo statuo et ordino quod predicti fratres domus nove non possint nec debeant aliquas personas modo aliquo vel occasione ponere ad standum vel ad habitandum in dicta domo, vel aliquid faciendum sine voluntate et consensu predicti fratris Michaelis, dum dictus frater Michael vixerit et voluerit habitare in dicta domo mea et ecclesia secundum modum superius denotatum, et post mortem ejus sine parabola illius ex predictis duobus fratribus scilicet Viti et Manfredi qui sibi subrogarentur. Item do lego predicto fratri Michaeli libras ducentas papien. qui frater Michael infra duos annos post meum decessum debeat emere possessionem unam, cujus possessionis redditus et proventus debeant perpetuo pervenire in unum sacerdotem qui in majori ecclesia papien. debeat facere continuam resydentiam et missam defunctorum in dicta ecclesia pro anima mea celebrare perpetuo, preter quam in dominicis et aliis festivis diebus. Ita quod predicta possessio empta de predictis denariis non possit vendi alienari, nec etiam obligari per canonicos majoris ecclesie pap. neque per aliquam aliam personam, et si dicti canonici vel capitulum majoris ecclesie pap. hoc facerent vel facere attentarent super alienacione vel obligacione dicte possessionis et contrave-

nerint predictam meam ultimam voluntatem volo quod dicta possessio et fructus redditus ipsius perveniant in dictum fratrem Michaelem vel alium sybi subrogatum in dicta mea domo et ecclesia et suprascriptam domum et ecclesiam, cujus sacerdotis electio primi sit in voluntate executoris hujus mei testamenti et post mortem illius sacerdotis electio sequentium sacerdotum devolvatur ad archidiaconum et prepositum majoris ecclesie memorate, et si non esset archidiaconus, major diaconus et si non archipresbyter ibi major sacerdos et si non prepositus ibi major subdiaconus, et si aliquis illorum vel aliqui eorum cui vel quibus sit relictum datum vel legatum per hanc ultimam meam voluntatem vel per aliquem alium modum sive inter vivos sive causa mortis, vel etiam aliquam personam que posset habere vel cui competeret aliquid de meis bonis vel de emolumento meorum bonorum modo aliquo vel eciam aliqua universitas vel conventus attentaret et attentarent venire contra presentem meam disposicionem et ultimam voluntatem, et eam infringere vellent et vellet aliquo modo vel occasione, hoc ipso sit expers et sint expertes ab omni comodo et emolumento quod posset vel possent habere de predictis meis bonis aliquo modo, et hoc ipso cadat et cadant ab omni jure quod haberet vel haberent et videretur habere, seu viderentur in predictis meis bonis. Item volo statuo et ordino quod si aliquis de aliquo conventu vel ipse conventus vel eciam ordo fecerit vel venerit contra presentem meam ultimam voluntatem, vel venire temptaverit omnes pene superius nominate locum habeant non solum in ipsa persona et conventu que vel qui hoc attentaret vel faceret seu attentarent vel facerent seu eciam generaliter in toto ordine cui ipsa persona esset preposita suposita vel supositus, eciam si esset generalis rector totius ordinis qui veniret contra ultimam voluntatem meam ut superius est notatum, item constituo ex nunc predictum fratrem Michaelem executorem predictorum bonorum meorum omnium mobilium et immobilium cujuscumque nature generis vel condicionis sint et a quibuscumque personis ordine vel universitate vel conventu teneantur et possideantur, ita quod predictus frater Michael possit agere experire potestatem et defendere ipsa mea bona mobilia et immobilia sicut ad presens egomet possem et possum, et ex nunc concedo dono fratri Michaeli possessionem vel quasi omnium meorum bonorum mobilium et immobilium, et constituo me ex nunc ipsa

mea bona tenere et possidere vel quasi nomine istius fratris Michaelis, dando ex nunc ei licentiam et potestatem intrandi inde in tenutam et possessionem post meum decessum omnium meorum bonorum, et post mortem ipsius fratris Michaelis constituo ex nunc prepositum domus nove, qui pro tempore fuerit in ipsa domo meum executorem bonorum meorum, ita quod per hanc executionem que pervenerint post mortem dicti fratris Michaelis in prepositum domus nove, qui pro tempore foret nullum faciat prejudicium administracioni ejus qui esset subrogatus loco predicti fratris Michaelis in predicta domo mea, nec per execucionem bonorum meorum devolveatur in prepositum domus mee qui pro tempore fuerit, non impediatur administracio ejus qui esset subrogatus loco predicti fratris Michaelis sed remaneat in omnibus semper salva. Item volo statuo et ordino quod quamvis dixerim et ordinaverim superius quod dictus frater Michael facere debeat continuam residenciam in predicta mea domo modo superius denotato, veruntamen addo, et addere volo illi capitulo in persona dicti fratris Michaelis quod ipse frater Michael non teneatur ibi facere resjdenciam quamdiu fuerit prepositus domus nove, veruntamen possit constituere loco suo et debeat unum de duobus sacerdotibus qui secum habitant in predicta domo qui semper intelligatur esse frater Vitus et frater Manfredus predicti, salvis omnibus aliis que dicta sunt superius in persona dicti fratris Michaelis, ita quod per hanc addicionem nullum faciat prejudicium predicto fratri Michaeli in his que superius sunt notata. Item do lego fratribus minoribus de papia pro ecclesia facienda libras triginta quinque papien. Item volo statuo et ordino quod si Salionus, Conradus et Rajnucius nepotes mei suprascripti emerint predicte mee domui et ecclesie aliquam possessionem sive proprietatem ex qua dicta domus et ecclesia mea posset habere commode redditus valent. trium modiorum papiens. frumenti quos tres modios dicti fratres dant mihi fictum omni anno de pertic. quadraginta terre jacent. in brayda in territorio vigorarii sive plus vel minus fuerint qui ipsi mei nepotes possint liberare predictam proprietatem et se ipsos a prestacione dicti frumenti. Item volo statuo et ordino quod si aliquod dubium oriretur vel moveretur per aliquam personam circa presens testamentum vel circa codicilos, vel circa litteram codicilorum meorum in toto vel in parte illud dubium interpretetur et exponetur per predictum fratrem Michaelem et

ad arbitrium ipsius et secundum quod dictus frater Michael interpretatus fuerit et exposuerit litteram hujus mei testamenti sive codicillorum meorum in toto vel in parte debeat ab omnibus intelligi et observari, et nulla alia interpretacio locum habeat in littera nec circa litteram hujus mei testamenti vel codicillorum njsi interpretacio et exposicio dicti fratris Michaelis dum vixerit, et si post mortem dicti fratris Michaelis aliquid dubium oriretur vel moveretur in littera vel circa litteram hujus mei testamenti vel codicillorum illius dubii interpretacio et exposicio perveniat ad prepositum domus nove de ultra ticinum qui pro tempore fuerit et ad nullam aliam personam. Et ad hoc ut nullum inpedimentum prestetur nec prestari possit presenti meo testamento seu presenti mee ultime voluntati seu codicillis meis casso de certa sciencia et irrito et cassari et irritari volo omnes alias ultimas voluntates et testamenta seu codicillos et scripturas sigillatas et non sigillatas que et quas fecissem seu fieri jussissem modo aliquo vel in quibuscumque rebus ante presens testamentum, vel presentem ultimam meam voluntatem. Et hec est ultima mea voluntas quam volo statuo et ordino valere jure testamenti, et si non valeret jure testamenti volo ut valeat jure codicillorum, et si non valeret jure codicillorum volo ut valeat jure alicujus alterius ultime mee voluntatis quocumque modo vel jure melius valere potest. Et inde plures cartas fieri rogaverunt. Interfuerunt testes rogati ad istum testamentum presbyter Petrus prepositus trinitatis, frater Petrus capud agarii, Dominicus canis, Henricus de arena, Bertramus capellus filius bignoti, Ricardus de castro novo atque Tapetus de roncore.

Ego Philipus strata papien imperialis notarius in hac carta scripsi.

Ego Ricardus cartarius notarius sacri palacii hanc cartam jussu istius Philipi scripsi.

1272. 16. febbrajo.

XIII. *Investitura dei fondi di Crótesi con tutti gli edifizj, con tutte le terre, case e proprietà annesse fatta dai Canonici della Cattedrale a favore di Pietro Clerico arciprete della pieve di Casteggio.*

Anno a nativitate domini millesimo trecentesimo sexto decimo indictione quartadecima die mercurij decimo octavo februarii. In claustro majoris Ecclesie papiensis venerabilis vir dominus Bonifacius archidiaconus ejusdem majoris ecclesie vicarius Reverendi in Christo patris domini fratris Isnardi permissione divina patriarce anthiocheni administratoris ecclesie papiensis ex parte publica presentibus presbytero Jacomo de abiate et Johanne mangiaria testibus precepit mihi notario infrascripto ut autenticarem et in publicam formam redigerem infrascriptum instrumentum tenor cujus talis est: Anno a nativitate domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo indicione quartadecima die martis sextodecimo mensis februarii. In papia in sacristia majoris ecclesie papiensis dominus magister Hospinus archidiaconus papie presentibus et volentibus et ei consentientibus dominis Johanne archipresbytero, Michaele cantore, Calvo de gambolato, Conrado de beccaria, Bergundio de canevariis, Fancello de beccaria et magistro Ambroxio canonicis papiensibus nomine et a parte ipsius canonice et pro ipsa canonica investivit ad fictum et nomine ficti dominum Petrum de clerico archipresbyterum plebis clastigii suo proprio nomine tantum et non nomine alicujus ecclesie nominative de toto castro de crotexe cum turri et cum domibus casis ed hedificiis omnibus et singulis et clausuris cum area sua et cum muro et cum capella sancti Ambroxii syta in territorio suprascripti castri et de casis massariciorum et universis rebus, placitis, districtis, mercatis, teloneis, angariis, perangariis, cacciis volucrum, piscacionibus, montibus, planiciis, aquis, aquarum recursibus, terris coltis et incoltis, pratis, gerbis, boschis, vineis, et sediminibus divisis et indivisis cum omni honore jurisdicione et cum curia et jure adjacenciis et pertinentibus earum rerum per loca et vocabula ad ipsum castrum pertinentibus que omnia sunt et jacent in loco et territorio et curte predicti castri de crotexe et que sunt determinate per infrascriptas

coherentias. Que predicta omnia et syngula investita consueverunt teneri per Jacobum de crotexe, Ottonem de crotexe, Barraliam de crotexe a suprascripta canonica ad infrascriptum fictum annuatim solvendum et per eorum predecessores, quarum terrarum et rerum prima pecia jacet in territorio suprascripti castri de crotexe et est cui coheret a mane ille de mellia de marcho, a meridie illi de castro felice fictuales et detentores plebis clastigii in parte et in parte suprascriptus dominus Petrus et podere de casali natali in parte, a sero rille de cerexino et a nulla hora rile de passo sive plus minusve sit et sive ibi alie sint coherentie. Eo modo fecit investituram presentem quod de cetero suprascriptus dominus Petrus suo proprio nomine tantum et non nomine alicujus ecclesie, et ejus heredes, et cui dederint preter ecclesie hospitali capitaneo valvasori servo ponti infirmo et loco religioso habeant teneant et possideant et quasi possideant suprascriptum castrum de crotexe et hedificia que sunt in ipso castro et suprascriptam capellam et territor. curie et districtus predicti castri et predicta omnia et syngula investita cum accessibus ingressibus et omnibus suis pertinentiis infrascriptis et inde faciant quidquid voluerint secundum quod in presenti contractu continetur sine contradicione predictorum domini archidiaconi et canonicorum et eorum successorum et canonice et cum eorum deffensione ab omni persona cum ratione quantum esset pro facto dicte canonice et canonicorum et eorum ecclesie tantum et non alio modo. Et ita predictus dominus archidiaconus suprascripto nomine et consensu promisit ipsi domino Petro attendere ad fictum inde dandum et solvendum de predictis castro et rebus investitis ex parte predicti domini Petri in vindemiis proxime futuris congios quinque et starios tres papienses puri vini de vineis que nunc sunt in ipso podere de crotexe vel de consimili bono eo defficiente in laude bonorum hominum si discordia inde fuerit, et in festo sancti Martini proxime venturo soldos triginta papienses in denariis numeratis et capones octo bonos et de inde omni anno semper tempore vindemiarum congios quinque et starios tres papienses puri vini, et omni anno semper in festo sancti Martini soldos triginta papienses in denariis numeratis et capones octo bonos. Quod fictum idem dominus Petrus suo proprio nomine convenit et promisit eidem domino archidiacono predicto nomine dare solvere deinceps omni anno per suprascriptos terminos ut supra legitur dato consi-

gnato et soluto suprascripto ficto predictorum denariorum et caponum omni anno deinceps in suprascripto termino sancti Martini apud ipsam canonicam in symul et non divissim expensis ipsius fictualis dando predicti domini comedere deferenti fictum prout diei convenerit. Et mensurato ipso vino super locum in loco crotexe in begondia ipsius canonice conducendo idem dominus Petrus nuncium ipsius canonice quamdiu vinum fuerit vendemiatum et invaselatum et dato et consignato predicto vino omni anno deinceps semper tempore vendemiarum ad ripam paudi ubi navis bene possit onerari nuncio ipsius canonice expensis ipsius fictualis. Et si ipse dominus Petrus post aliquem terminorum ipsum fictum tenuerit tunc liceat eidem domino archidiacono predicto nomine extimum ipsius ficti ab alio mutuari ad cambium vel alibi ubi ei magis placuerit, seu cambium inde acciperet, et totum id quod inde alteri dederit vel convenerit, seu de cambio amiserit et omnes expensas quas pro hoc ficto termino preterito modo aliquo fecerit ei suprascripto nomine restituere promisit in denariis numeratis tantum credendo eidem domino archidiacono suprascripto nomine in suo dicto sine sacramento faciendo de predictis omnibus et syngulis. Et ita ut dictum est idem dominus promisit ipsi domino archidiacono predicto nomine attendere, et pro his attendendis obligavit eidem domino archidiacono predicto nomine omnia sua bona propria, hoc actum quoque inter eos quod si idem dominus Petrus vel ejus heredes aliquo tempore per aliquem modum vendere vel alienare voluerint predicta investita in toto vel in parte requirere debeant predicto domino archidiacono predito nomine vel ejus successori et ei predicto nomine dare per minus pretii quam alii persone ad super totum soldos viginti papienses si emere vel habere voluerit et si emere vel habere noluerit infra dies quindecim proximos post requisicionem factam vendant postea cui voluerint preter exceptatis personis et locis ad predicta attendenda et ad investituram dandam qui emerit vel habuerit de qualibet libra precii denarios duodecim papienses. Item hoc stetit inter eos quod suprascriptum fictum semper solvatur et solvi debeat per duas personas tantum et non per plures. Et pro hac investitura fuit confessus predictus dominus archidiaconus predicto nomine se accepisse ab ipso domino Petro investito libras decem papienses renunciando exceptioni non accepte investiture renunciando insuper idem dominus Petrus omnibus pro-

bationibus et deffensionibus testium contra predicta et syngula, et fori prescriptioni, seu privilegio fori ita ut ubique terrarum idem dominus Petrus et ejus bona sub quolibet judice conveniri possit. Et inde plures cartas uno tenore fieri rogaverunt. Interfuerunt presbyter Johannes canonicus plebis clastigii Jacomus de basignana Gulielmus de ardicone et Lafrancus muxonus mansionarius majoris Ecclesie papiensis et Bernardus de Antonio testes.

Eodem anno die mercurii decimo septimo mensis februarii. In papia in choro sancte Marie majoris ecclesie papiensis Martinus ysembardus canonicus papiensis certificatus et doctus de predicta investitura facta predicto domino Petro de predictis castro et rebus et ei tenore predicti instrumenti recitato vulgariter per seriem de verbo ad verbum per me Omnebonum de sunano notarium infrascriptum et recipientem nomine et vice predicti domini Petri de clerico habuit ratam et firmam investituram predictam et a se nomine dicte canonice fecit similem investituram prout predicti domini archidiaconus et canonici nomine dicte canonice a se fecerunt in omnibus et syngulis ut supra legitur. Et inde dictus Martinus hanc cartam fieri rogavit. Interfuerunt Gulielmus de ardicone et Lafranchus muxonus mansionarius majoris Ecclesie papiensis testes. Ego Omnebonum de sunano notarius hanc cartam tradidi et scripsi.

Ego Rolandus de ottonibus notarius hanc cartam autenticavi et scripsi.

1272, 3 dicembre.

XIV. *Agnese figlia di Corrado Bagacio moglie di Rufino Calvignano rinuncia a favore di sua sorella Sibona ogni suo diritto sui beni paterni situati in Mondondone di ragione direttaria della Canonica di S. Siro.*

Anno a nativitate Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo Indictione quintadecima die sabati tertio mensis Decembris. In Papia Carracius de astulfis consul justitie Papie precepit mihi Omnebono de sunano publico notario infrascripto ut autenticarem et in publicam formam redigerem renovationem infrascripti instrumenti presentibus testibus Bertholoto de gregoriis et presbitero Henrico sancte Eufemie cujus instrumentum renovatum est. Anno a nativitate Domini millesimo ducentesimo

septuagesimo primo Indictione quartadecima die sabati tertiodecimo mensis Junii. In Montedondono Agnexia uxor Rufini Calvignani de Montebello et filia quondam Conradi de bagacio consensu et voluntate predicti Rufini viri sui et sua sponte fecit finem refutationem et pactum de non petendo Sybone sorori sue et filie istius quondam Conradi de omnibus illis terris et possessionibus vineis et pratis et aliis rebus quas quondam Conradus de Bagacio tenuisset ab ecclesia sancti Syri papiensis in territorio montisdondoni vel alibi et de toto quod ipsa Agnexia ei petere posset pro istis terris et possessionibus et rebus et de proprietate et proprietatibus istarum terrarum et rerum et ficti predictarum terrarum. Eo modo quo de cetero ipsa Agnexia dicto consensu et ejus heredum stabit erga predictam Sybonam et ejus heredes toto tempore tacita et contenta et ita promisit ei attendere et firmum tenere et contra non venire per aliquem modum et pro his omnibus attendendis et observandis sua bona eidem Sybone pignore obligat. Et pro his finibus et reputatione et pacto de non petendo fuit confessa suprascripta Agnexia versus suprascriptam Sybonam quod in predictis terris et possesionibus et rebus non habebat aliud jus. Et inde hanc cartam fieri jussit. Interfuerunt Ottacius de bagacio et Bertucius de bagacio inde testes. Ego Lanselmus Castignolus notarius hanc cartam mihi fieri jussam scripsi.

Ego Omnebonus de sunano notarius hanc cartam mihi jussam autenticavi et scripsi.

1276, 8 febbrajo.

XV. *Quitanza colla quale il canonico Ottone Beccaria sindaco capitolare dichiara d' aver ricevuto da frate Giovanni converso di san Sepolcro un moggio di segala ed otto soldi pavesi per la decima dell' Isola dovuta alla Canonica della Cattedrale.*

Anno a nativitate domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto indictione quarta die sabbati octavo mensis februarii. In papia fuit confessus dominus Otto de beccaria canonicus et camerarius majoris canonice papien. presentibus et volentibus dominis Johanne archipresbytero, comite Conrado, Bergundio de canevanova et magistro Ambroxio canonicis papien. nomine ipsius

canonice adversus fratrem Johannem conversum monasterii sancti Sepulcri se accepisse ab eo nomine istius monasterii modium unum pap. sicalis et soldos octo papien. quos istum monasterium dat fictum omni anno iste canonice pro decima Insule de termino kal. augusti proxime preteriti. Item fuit confessus quod de terminis preteritis ab inde retro nichil habere debet, et ita fuit contentus tacitus et manifestus omni exceptione remota. Et inde dictus camerarius hanc cartam fieri jussit.

Interfuerunt Otto de lomello Jacobus salinbenus et frater Bergamus testes

Ego Fredericus cepolla notarius hanc cartam tradidi et scripsi.

1276, 7 dicembre.

XVI. *I Canonici della Chiesa Cattedrale coll' approvazione del mansionario Giacomo di Bassignana a nome della Mansioneria della stessa Cattedrale investono Imolda vedova di Resonaco Portonario di un pezzo di vigna situato nella campagna di Pavia nel luogo appellato Monte Bonono per l' annuo canone di soldi quattro pavesi.*

Anno a nativitate Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto Indictione quarta die lune septima mensis decembris. In Papia in canonica majori papiensi dominus magister Hospinius archidiaconus papiensis presentibus ibidem volentibus et consentientibus dominis Johanne archipresbitero Ottone de beccaria et Bergundio de canevariis canonicis papiensibus et ipsis canonicis omnibus insimul cum dicto domino archidiacono consensu communi probatione et voluntate Jacomi de basignana mansionarij mansionarie majoris ecclesie papiensis ibidem presentibus nomine et a parte ipsius mansionarie et pro ipsa mansionaria investiverunt ad fictum et nomine ficti donam Ymoldam uxorem quondam Resonaci portonarij nominative de petia una vinee jacentis in campanea papiensi in contrata ubi dicitur in monte bonono que est perticarum sex quam olim solebat tenere ad fictum ex parte ipsius mansionarie predictus quondam Resonacus maritus ejus cui petie vinee coherent a mane   a meridie mansionaria predicta a sero quoddam boschum Federici salimbene, ab aquilone eadem mansionaria, sive predicta petia vinee plus minusve sit et sive ibi alie sint coherentie cum accessibus et ingressibus et omnibus suis pertinentiis

infrascriptis. Eo modo fecerunt investituram presentem quod de cetero dicta dona Ymolda toto tempore vite sue tantum et non plus et non cui dederit, habeat teneat possideat et gaudeat predictam petiam vinee investitam sine contradictione predictorum dominorum et mansionariorum et eorum successorum et cum sua et eorum successorum defensione a parte predicte mansionarie ab omni persona cum ratione quantum esset facto et occasione suprascripte mansionarie tantum et non alio modo. Et ita dicti domini archidiaconus et canonici et predictus mansionarius suprascripto nomine promiserunt suprascripte done Ymolde attendere ad fictum exinde dandum et solvendum ipsi mansionarie in festo sancti Martini proxime venturo soldos quatuor papienses. Et deinde omni anno semper in eodem festo sancti Martini soldos quatuor papienses in denariis numeratis tantum insimul et non divisum, quod fictum dicta dona Ymolda convenit et promisit predictis dominis archidiacono et canonicis et predicto mansionario nomine et a parte predicte mansionarie dare et solvere in denariis numeratis tantum per terminos ut supra legitur insimul cum omnibus expensis que fierent pro predicto ficto petendo et exigendo ullo modo. Credendo eisdem dominis archidiacono et canonicis et predicto mansionario nomine predicte mansionarie in eorum dicto sine sacramento faciendo de expensis inde factis prout ei dixerint. Et ita ut dictum est dicta dona Ymolda promisit predictis dominis archidiacono et canonicis et predicto mansionario predicto nomine attendere. Et pro hiis attendendis et observandis obligat eisdem predicto nomine omnia sua bona pignori. Et hoc stetit inter eos quod non liceat predicte done Ymolde vel possit aliquo modo vel casu predictam petiam vinee investitam in toto vel in parte alicui vendere, investire, donare, cambiare, distrahere, impignorare vel obligare seu aliquo alienationis titulo in alium transferre verum in se ut dictum est toto tempore vite sue comuni retinere. Item hoc stetit inter eos et expresse fuit dictum et actum de partium voluntate et consensu videlicet quod defuncta dicta dona Ymolda et incontinenti post mortem ipsius done Ymolde predicta petia vinee cum toto melioramento quod ibi esset pleno jure perveniat et pervenire debeat et revertatur in mansionariam predictam liberam et expeditam. Et pro hac investitura fuit confessus dictus dominus archidiaconus suprascripto nomine et consensu se accepisse ab suprascripta dona Ymolda capones duos. Renuntiando exceptioni

non accepte investiture. Et inde dicti contrahentes hanc cartam et plures uno tenore fieri jusserunt. Interfuerunt dominus Alexander abbas monasterij montisbelli Canonicus crusta et Millanus linarolus testes.

Ego Omnebonus de sunano sacri palatii notarius hanc cartam mihi jussam fieri scripsi.

1277, 2 aprile.

XVII. *Il maestro Ospino arcidiacono e vicario del vescovo Guido III. col consenso del Capitolo della Cattedrale dona la Chiesa di Santa Mostiola in Pavia ai frati eremitani di S. Agostino.* (*Torelli*, *Secoli Agostiniani tom.* 4. *pag.* 800.)

Anno Nativitatis Domini 1277. Indictione 5. die Veneris secundo Mensis Aprilis in Papia Dominus Magister Hospinus Archidiaconus Papiæ et Vicarius D. Guidonis Dei gratia Episcopi Papiensis habens litteras, et generalem administrationem, et procurationem Episcopatus sui in translatione, seu etiam permutatione facienda de Ecclesia S. Mustiolæ Papiæ, ut apparebat litteris sigillatis dicti Domini Episcopi quarum litterarum tenor hic est: Frater Guido miseratione Divina Episcopus Papiensis Viro Venerabili, et discreto Magistro Hospino Archidiacono, et Vicario suo in sincera dilectione salutem. In translatione, seu permutatione facienda de Ecclesia S. Mustiolæ Papiensis totaliter et integraliter committimus vices nostras in cujus rei testimonium præsentes litteras nostri sigilli munimine fecimus roborari. Datum Cremæ sexto Mensis Februarii. Et Dominus Guido Præpositus dictæ Ecclesiæ S. Mustiolæ, et Capitulum majoris Ecclesiæ Papiensis insimul congregatum ad tractandum de statu Ecclesiæ supradictæ et providendo secundum supra, ut Reformatores ipsius in spiritualibus ad hoc, ut Domino possit melius in dicta Ecclesia in spiritualibus deserviri, dictus d. Archidiaconus, et Vicarius, et specialis Delegatus D. Guidonis Dei gratia Episcopus et Episcopatus Papiæ, nomine ipsius Episcopi, et Episcopatus, et D. Guido Præpositus dictæ Ecclesiæ S. Mustiolæ de consensu, et voluntate Capituli majoris Ecclesiæ Papiæ, et infrascriptorum Canonicorum, scilicet prædicti D. Magistri Hospini Archidiaconi, D. Joannis Archipresbyteri majoris Ecclesiæ Papiensis, D. Comitis Conradi de Lomello, D. Othonis de Bec-

caria, D. Bergundii de Canevanova, et D. Martini Isimbardi, ibi præsentium, et vocatorum more solito, considerantes, quod dicta Ecclesia S. Mustiolæ, tam longo tempore, ex ratione talliarum eidem Ecclesiæ impositarum per Apostolicam Sedem, et ejus Legatos, et Episcopos, et communis Papiæ oneribus in tantum depressa est, quod ipsa Ecclesia, jam sunt anni viginti et plures, fuit Servitoribus, et Ministris, et Clericis sæcularibus in temporalibus, et spiritualibus destituta, excepto D. Guidone Præposito, qui ibidem, propter ipsius Ecclesiæ paupertatem, ac inopiam a dicto tempore citra morari non potuit, nec eidem in spiritualibus Domino deservire, et in dicta Ecclesia Religiosos viros, et Religiosum Ordinem, et Conventum Fratrum Eremitarum S. Augustini recepisse, qui Fratres a dicto tempore citra ibidem in Domino se laudabiliter habuerunt, bonæ memoriæ quondam D. Rubaldi Episcopi Papiensis accedente consensu, et recolentes dicti D. Archidiaconus, et Vicarius, et Præpositus, atque Capitulum istud quod sacram Religionem plantatam fovere tenetur quilibet juxta Canonicas sanctiones et considerantes ac videntes, qualiter dictorum Fratrum et dicti Ordinis sancta plantatio, ex quo ipsa quasi vitis fructifera, et ipsa quasi Vinea Domini pro temporibus pullulavit, et palmites longe, lateque producens ad mortifera circumquaque venena pellenda, flores protulit, et verbo prædicationis, et vitæ exemplo odores effudit, in tantum, quod per religionem, ac piam devotionem fidelium, prope dictam Ecclesiam flos hujusmodi sanctimode honestatis in Domino est plantatus, et per eos Fratres posse dictæ Ecclesiæ in Domino, ac Divinis Officiis melius et commodius, quam per alios deserviri ac dictum Præpositum Guidonem velle, nec posse propter ipsius paupertatem, in dicta Ecclesia commorari, nec etiam aliquos sæculares Clericos in dicta Ecclesia constitutos, per quos possit in dicta Ecclesia in spiritualibus deserviri, ad honorem Dei, et ob reverentiam S. Augustini, et Apostolicæ Sedis, in cujus Ordine, et reverentia dictus Ordo, et dicta Religio est plantata, de voluntate, et consensu dicti Capituli, et dictum Capitulum, una cum dicto Archidiacono, et Vicario, et Præposito concesserunt, applicaverunt dictam Ecclesiam S. Mustiolæ, una cum Cœmeterio ipsius, et cum aliquantulo Horti, et juribus Plateæ, ac Donationem fecerunt in perpetuum Fratri Uberto de Novaria Priori dicti Ordinis, et Conventus S. Augustini nomine ipsius Ordinis et Con-

ventus eo modo, quo dicti Fratres et dictus Ordo, et Conventus, et ejus Successores habeant, teneant, et possideant, et gaudeant, et quasi prædictam Ecclesiam et Cœmeterium et Hortum, et jura Platearum, cum accessibus, et ingressibus, et regressibus, et omnibus juribus ipsius Ecclesiæ, Cœmeterio et Horto pertinentibus, seu spectantibus in perpetuum, et faciant quidquid voluerint sine contradictione istorum Præpositi, Archidiaconi, Capituli, et Episcopatus Papiensis, ac cum eorum defensione ab omni persona cum ratione, et concesserunt eidem Priori nomine dicti Ordinis, et Conventus liberam et generalem administrationem dictæ Ecclesiæ, et Cœmeterii, et omnium aliarum rerum eisdem Ecclesiæ et Cœmeterio adjacentium, et quas dicti Fratres in præsenti possident, et quas erunt de cætero pia devotione Fidelium adepturi; quam Donationem, et Concessionem dictus Vicarius nomine dicti Episcopi, et Episcopatus, et dictum Capitulum et Præpositus fecerunt, salvis dicto Episcopo, et ejus Successoribus, et integris reservatis universis, et singulis quæ ratione juris Episcopalis Episcopo de jure competunt, non tamen, ut per hoc ea, quæ sunt de lege Diœcesana, vel jurisdictionis existunt, seu alio modo ad Diœcesanum Episcopum pertinere noscentur, per dictum Episcopum nec per ejus Successores, nec per dictum Archidiaconum, et Capitulum contra dictos Fratres et Ordinem, nec non dictam Ecclesiam, et Cœmeterium supradictum, et ad alia appenditia, quæ in præsentiarum existunt, vel, Deo concedente, de cætero ibidem dicti Fratres, et Ordo poterunt adipisci, non debeant exerceri, vel eo quod dicta Ecclesia Parochialis existit, teneri aliter, vel distringi, quam Fratres Prædicatores, et Minores, vel eorum Eremitarum Conventus arctari, vel teneri, et eorum Ecclesiæ, vel Cœmeteria consueverunt. Salvis semper Immunitatibus, Exemptionibus, et Privilegiis, dicto Ordini, et Fratribus Sancti Augustini per Apostolicam Sedem, et ejus Legatos indultis et concessis, ita quod occasione prædictæ Concessionis, et Donationis, et Ecclesiæ nullum fiat præjuditium dictis Fratribus, et Ordini, quantum ad Immunitates, Privilegia, et Exemptiones eis indultas. Et ex nunc dictus Vicarius nomine dicti Episcopi, et Episcopatus, et dictus Præpositus, de consensu dicti Capituli, et ipsum Capitulum renunciaverunt omni Juri, et Privilegio eis competenti in dictis Ecclesia, Cœmeterio et Horto, et quolibet ipsorum. Item hoc stetit, et actum fuit in prædictum Priorem

nomine prædicti Ordinis et Conventus ex una parte, et prædictum Præpositum Guidonem ex altera, quod si appareret prædicta concessa, et donata, seu aliqua de prædictis aliquo casu evinci, vel imbrigari, de jure dicto Priori nomine dicti Ordinis, et dicto Ordini, quod stabit nomine dictæ Ecclesiæ in auctoritate, et defensione ab omni persona cum ratione, et si defendere non potuerit, et damnum inde habuerint, totum ipsum damnum, ei isto nomine solvere, ac restituere promisit simul cum expensis omnibus, quæ fient pro ipso damno petendo. Credendo eis isto nomine in suo dicto sine Sacramento faciendo, de expensis, et prædictis omnibus, et singulis faciendis, attendendis, et observandis omnia bona dictæ Ecclesiæ S. Mustiolæ, tam præsentia, quam futura eidem Priori nomine dicti Ordinis, et Conventus pignori obligavit; et salvo, quod si appareret aliquod fictum dari debere alicui Personæ, Universitati, Ecclesiæ vel Collegio, quod dictus Prior nomine dicte Ordinis debeat, et teneatur illud fictum solvere de toto tempore quo deberetur a tempore quo venerunt dicti Fratres ad habitandum in dicta Ecclesia S. Mustiolæ, et de hinc in antea et dictus Præpositus nomine dictæ Ecclesiæ teneatur solvere dictum fictum, si quod appareret a prædicto tempore retro, quia sic stetit inter eos, etc.

Et inde dicti Vicarius, Præpositus, et Capitulum hanc cartam fieri præceperunt.

Interfuerunt Isnardus Mangiaria, Victor Mediabarba, et Johannes de Cavaffio de Laude Testes etc.

Ego Isnardus Mangiaria Notarius Sacri Palatii hanc cartam traditam a quondam Fratre Gregorio Patre meo, cujus Breviaria sunt mihi commissa, scripsi etc.

1277, 1 settembre.

XVIII. *Il vescovo di Pavia Guido III, da Viterbo ove trovavasi presso la Corte Romana, ratifica e conferma l' atto di donazione col quale il suo Vicario ed il Capitolo della Cattedrale avevano concesso la Chiesa di Santa Mostiola ai frati eremitani di S. Agostino.* (*Torelli*, *Secoli Agostiniani tom.* 4. *pag.* 800.)

In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate ejusdem Domini, millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, Indictione 5. die prima Mensis Septembris, in præsentia mei Notarii et testium

infrascriptorum. Ven. Pater D. Guido, Dei gratia Episcopus Papiensis, ei constito, quod Archidiaconus, et Archipresbiter, et Capitulum Ecclesiæ Majoris Papiensis, et quidam Præpositus Ecclesiæ S. Mustiolæ de Papia intuitu eleemosinæ, et pietatis, et contemplatione Divinæ remunerationis, concesserunt, donaverunt, et dederunt dictam Ecclesiam S. Mustiolæ, cum omnibus Domibus, et Hortis ipsius Ecclesiæ eidem adiacentibus, Religiosis Viris Priori, et Fratribus Eremitis Ordinis S. Augustini, et ipsius Donationis, Dationis, et Concessionis idem D. Episcopus habens notitiam pleniorem, ad supplicationem Religiosi Viri Domini Fratris Francisci Prioris Generalis Fratrum Eremitarum prædicti Ordinis S. Augustini præfatas Donationem, Concessionem, et Dationem ratificavit, et ex scientia confirmavit et approbavit. Et si quis defectus in Donatione, seu Datione, et Concessione prædictis fuit, supplevit ex ordinaria potestate. Et insuper desiderans idem Ven. Pater D. Episcopus, quod in eodem loco S. Mustiolæ Religio dictorum Fratrum Eremitarum liberius augeatur, et quod ipsi liberi, et exempti possit ferventius, et melius vacare Deo, et saluti Animarum, ipsam Ecclesiam S. Mustiolæ cum Hortis, et Domibus ei adiacentibus, et Fratres, qui nunc sunt, et pro tempore fuerint indicta Ecclesia exemit ab utraque lege, tam Diœcesana, quam Jurisdictionis, constituens etiam, quod dicta Ecclesia, et Fratres, qui sunt, et pro tempore fuerint in dicta Ecclesia eidem Episcopo, et Successoribus suis, et eisdem Archidiacono, et Capitulo, ac Ecclesiæ Papiensi, ad aliquem censum præstandum, seu servitium aliquod, de cætero, non teneantur, a quibus ipsam Ecclesiam, et ipsos Fratres omnino liberavit, et absolvit, et liberos constituit, et immunes. Et quidquid Juris in ipsa Ecclesia idem Episcopus, seu Ecclesia Papiensis habet, donavit, et concessit dicto Priori recipienti vice, et nomine Fratrum Eremitarum Ordinis supradicti. Quibus omnibus dictus Dominus Prior (scilicet Generalis) interfuit, et omnia, et singula supradicta pro Ordine Fratrum Eremitarum, et pro ipsis Fratribus acceptavit, et eadem benigne, cum gratiarum actione recepit. Actum, et datum Viterbii, in Domo, in qua morabatur prædictus Dominus Episcopus juxta Ecclesiam Sanctæ Crucis Viterbii.

Interfuerunt Testes Frater Bonensegna de Regio, et F. Matthæus de Viterbio Ordinis Fratrum Eremitarum, F. Bonus Monacus Sancti Sepulcri Papiensis Ordinis Vallisumbrosæ, Enri-

cus de Ragerio Episcopatus Papiensis, Jacobus Rainaldi de Viterbio, et Franciscus de Alberis Clericus Papiensis, et familiaris Magistri Angeli de Urbe Advocati in Curia, vocati et rogati. In quorum omnium testium, et munimen prædictus D. Episcopus præsenti Instrumento suum sigillum mandavit apponi.

Et ego Bonus Albertus de Regio Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ auctoritate Notarius Publicus prædictis interfui, audivi, et rogatus scripsi, et in publicam formam redegi.

1286, 26 gennajo.

XIX. *Bernardo Clerico di Casteggio dinunzia ai Canonici della Cattedrale di Pavia la vendita, che intende di fare dei suoi beni enfiteotici situati nel territorio di Crótesi.*

Anno a nativitate domini millesimo ducentesimo octuagesimo sexto indictione quarta decima die sabati vigesimo sexto mensis januarii. In papia in presentia Bertolini de putheo consulis justitie papie Bernardus de clerico de clastigio constituit fecit et ordinavit Jacobum ferrum ibi presentem ejus specialem nuncium et procuratorem ad denunciandum et requirendum capitulo et canonicis Ecclesie Canonice majoris papie et ipsi canonice quod ipse Bernardus pro pretio librarum trecentum quinquaginta papiensium vult vendere et dare Isnardo de crotexe omnes illas terras et possessiones quas et que idem Bernardus habet et habere videtur in loco fundo et territorio Crotexe que quales et qualia sint et in quot et quibus petiis jaceant et de quibus datur fictum eisdem Capitulo et Canonicis et ad denunciandum ed ad requirendum ipsis Capitulo et Canonicis quod idem Bernardus vult et paratus est ipsas terras et possessiones et jura eis vendere et dare secundum modum et formam que continetur in carta investiture facte per ipsos Capitulum et Canonicos de predictis terris et possessionibus et juribus pro illo precio et pro tanto minus quantum continetur in instrumento dicte investiture et ad faciendum omnia ea et syngula que dictus Bernardus facere posset si presens adesset, et que in predictis et circha predicta pertinent facienda, salvo omni jure ipsius Bernardi in illis redditibus et seminibus que nunc sunt super ipsis terris et possessionibus et fructibus que fuerint super ipsis usque ad festum sancti Martini proxime venientis et in boschis que fue-

rint intalia a calendis martii proxime venientis usque ad annum unum proxime venientis et in lignis incisis que nunc sunt super ipsa possessione in tantum quantum sibi de jure competit. Eo modo quod quidquid dictus procurator in predictis et circha predicta fecerit et ordinaverit totum ratum gratum et firmum idem Bernardus promisit se omni tempore habiturum sub obligatione bonorum suorum. Et inde dicti consul et Bernardus hanc cartam fieri jusserunt.

Interfuere Gulielmus garbarius de montebello et Rubeus caputpiperis inde testes.

Ego Galvagnus ferrum hanc cartam michi fieri jussam scripsi.

1287, 24 gennajo.

XX. *Protesta di Guideto Mazono fatta nella sua qualità di sindaco e procuratore del Capitolo e della Chiesa cattedrale di santa Maria maggiore contro una sentenza di Giacomo Lamarola giudice e vicario di Bertramo Carcano Podestà di Pavia.*

Anno a nativitate domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo indictione quintadecima die veneris vigesimo quarto mensis januarii. In palacio comunis papie in presencia domini Jacomi de lamarola judicis et vicarii domini Bertrami de carcano papie potestatis Guidetus mazonus syndicus et procurator Ecclesie et Capituli sancte Marie majoris Ecclesie papie nomine ipsius Ecclesie et Capituli sentiens se gravatum et gravari nomine dicte Ecclesie et Capituli et ipsam Ecclesiam et Capitulum occasione cujusdam precepti facti ut dicitur de mandato suprascripti judicis ad peticionem Gulielmi garbacii, Isnardi de crotexe, et Azerii de crotexe et fratrum preposito et abbati fratribus de laserra, Baldello filio quondam Isnardi de laserra, Ubertache fratri suprascripti Baldelli et Bastardo filio suprascripti quondam Isnardi, Petro de laserra filio Rolandi, et cagapipero de laserra et cuilibet eorum et tamquam persona cui interest nomine dicte Ecclesie dixit et protestatus fuit quod Castrum turris domus et hedificia crotexe et capella sancti Ambroxii et terre et possessiones domus et sedimina posite et posita in dicto territorio crotexe et bonorum et jurisdictionis dicti castri spectant et pertinent ad predictam Ecclesiam et capitulum et spectare et pertinere consueverunt pleno jure, et per ipsam Ecclesiam et capitulum

seu nomine dicte Ecclesie et capituli tenentur et possidentur et quasi in totum, et consueverunt teneri et possideri, et nunc tenentur et possidentur et quasi per prepositum de laserra qui investitus est pro duabus partibus per predictam Ecclesiam et capitulum de predictis omnibus et syngulis. Et quod predictum preceptum non valet nec tenet, et quatenus de facto processit debet cassari et irritari, et quod si predicti Gulielmus, et predicti de crotexe volunt aliquid petere in predictis, quod predictus syndacus nomine predicte Ecclesie et capituli paratus est eisdem et cuilibet ipsorum respondere de jure coram judice dicte Ecclesie, et ubi debet et sicut debet, et quod cognitio super predictis et de predictis non spectat nec pertinet ad dictum judicem, et quod ipsi debent offerre et nomine predicto libellum si aliquid petere volunt coram judice dicte Ecclesie. Et ibidem eciam prepositus de laserra tamquam persona cujus interest ratione investiture facte in eum sentiens se gravatum et gravari occasione predicti precepti facti sibi et predictis de laserra dixit et protestatus fuit quod investitus erat et est de predictis duabus partibus per dictam Ecclesiam et capitulum, et quod predicta tenebat et possidebat et quasi suo nomine dicte Ecclesie tamquam infiteota ipsius Ecclesie et capituli, et tenet et possidet et quasi, et quod predictum preceptum factum ipsi preposito et cuilibet predictorum non valet nec tenet. Et si quod foret debet cassari et irritari, et quod si predictus Gulielmus garbacius et predicti de crotexe aliquid petere volunt in predictis debet eidem preposito offerre libellum ratione juris sui conservandi et defendendi. Et si predictus judex aliter procedere vellet petit dictus prepositus cum instancia sibi dari sapientes. Et inde dicti prepositus et syndicus nomine dicte Ecclesie et capituli hanc cartam et plures uno tenore fieri jusserunt.

Interfuerunt Ubertus grassagalina, Federicus spatarius notarius et Symon de arena inde testes.

Ego Facius cartarius notarius comunis papie subscripsi.

Ego Symon de arena notarius sacri palacii hanc cartam jussu suprascripti Facii cartarii notarii comunis papie scripsi.

SECOLO DECIMOQUARTO

1313, 24 aprile.

1. *Elezione di arbitri convenuta tra i canonici della Cattedrale ed alcuni pievani della diocesi di Pavia per determinare i confini della loro giurisdizione territoriale.*

Anno a nativitate Domini millesimo tricentesimo tercio decimo. Indictione undecima, die martis vigesimo quarto mensis aprilis. Super coro Beate Marie ecclesie majoris papiensis. In presencia venerabilis viri domini Bonifacii archidiaconi ecclesie papiensis generalis vicarii reverendi in Christo patris et domini fratris Isnardi divina permissione Antiocheni patriarche et administratoris in spiritualibus et temporalibus ecclesie papiensis suum decretum et auctoritatem interponentis et prestantis ad hec omnia et singula infrascripta et causa prius cognita. Convocati et congregati ad capitulum ibidem domini Henricus de nazario prepositus, Girardus archipresbyter, Musso cantor, Bellonus poverinus, Egidius georgius, Sozo overgniacus, Jacomus de Langusco et Guido zazius canonici dicte ecclesie papiensis nunc residentes pro hoc speciali negocio nomine et a parte conventus et capituli dicte ecclesie papiensis et pro evidenti utilitate ipsius ecclesie ex parte una. Et convocati et congregati ibidem pro eodem negocio presbyter Hostorucus prepositus plebis sancte Marie de Durne, presbyter Rolandus archipresbyter plebis s. Nazarii de bosco, presbyter Castellus archipresbyter plebis Summi, presbiter Johannes archipresbyter plebis Clayrani et presbiter Bertramus archipresbyter plebis sancte Armagore de Totonasco omnes plebes diocesis papiensis, quilibet predictorum nomine suarum ecclesiarum et plebium predictarum et pro qualibet earum et pro evidenti utilitate ipsarum ecclesiarum ex alia parte. Propter multiplices et varias contemptiones et lites que oriuntur cotidie super confinibus terminis et divisionibus plebatuum, et limitibus parochiarum inter dictos prepositum canonicos et capitulum et ipsam majorem ecclesiam papiensem et dictos prepositum plebis Durni et archipresbyteros dictarum plebium et ecclesiarum et cujuslibet ipsarum papiensis diocesis habentium confinia cum predicta majori ecclesia et co-

omnes terminos in plebatubus earundem. Et exinde multa dampna lesiones et expense proveniebant et proveniunt eisdem ecclesiis et cuilibet ipsarum maxime super decimis et fructibus decimarum colligendis, exigendis et percipiendis a debentibus ipsarum decimas et fructus decimarum de jure solvere et prestare annuatim ecclesie papiensi et aliis plebibus supradictis. Volentes igitur prefati prepositus, archipresbyter et capitulum dicte ecclesie papiensis et alii prepositus et archipresbyteri supradicti nominibus dictarum plebium ecclesiarum predictas controversias contemptiones et lites terminare et finire, cupientes dampna et pericula predictarum ecclesiarum plebium prout est possibile evitare, ac super predictis decimis fructibus et redditibus decimarum colligendis exigendis et percipiendis ab omnibus et singulis hominibus et personis dare solvere et prestare debentibus de jure eisdem plebibus et ecclesiis juris remedium adhibere et providere indempnitatibus earundem, nec non animabus, predictarum decimarum fructus et redditus dare debentium salubri remedio providentes: convenerunt concordaverunt et providerunt inter se deliberatione prehabita diligenti de memoratis discordiis contemptionibus causis et litibus ac controversiis terminandis et finiendis et dampnis et periculis eciam evitandis compromitentes se se nominibus supradictarum ecclesiarum sive plebium suarum occaxionibus supradictis in discretos viros Henricum de lavolta, Rubaldum scanatum, Bergundium sclafenatum, presbyterum Oliverium de christianis, Rolandum de ottonibus, Meraldum de meraldis et Mozinum saltarium homines bone fame et antiquos habentes plenam noticiam de predictis confinibus terminis et limitibus plebatuum earundem. Unde supra dicti prepositus archipresbyter et canonici nomine et a parte dicte ecclesie et capituli papiensis ex una parte, et predicti omnes alii prepositus et archipresbyteri nomine dictarum plebium omnium et cujuslibet ipsarum et quilibet pro sua ecclesia, compromiserunt se se nominibus quibus supra in dictos arbitros arbitratores et amicabiles compositores laudatores diffinitores et terminatores super predictis confinibus terminis et limitibus plebatuum et ecclesiarum predictarum et declarationibus eorundem. Eo modo quod quidquid dicti arbitri et arbitratores amicabiles compositores laudatores diffinitores terminatores et declaratores omnes in simul vel due partes ipsarum determinaverint declaraverint diffiniverint dixerint laudaverint et amicabiliter composuerint dictos

terminos confines et limites esse et jacere in illis partibus et contratis ipsarum plebium et plebatuum et super predictis articulis et quolibet ipsorum duxerint faciendum disponendum ordinandum terminandum laudandum et declarandum tam de facto quam de jure et de consuetudine et de scripturis antiquis et quod ab aliis antiquioribus audiverunt diebus feriatis et non feriatis, presentibus partibus et absentibus citatis et non citatis in absente et contumace super uno capite et pluribus ad eorum liberum arbitrium et arbitramentum et sumarie sine petitione in scriptis strepitu et figura juditii et alicujus juris solempnitate servanda, totum dicte partes nominibus quibus supra attendere et observare imperpetuum ad invicem habent et promiserunt. Et non contrafacere vel venire modo aliquo vel ingenio in perpetuum sub obligatione omnium bonorum ipsarum plebium et ecclesiarum omnium et singularum et cujuslibet ipsarum. Renunciando ad invicem dictos prepositos et archipresbyteros nominibus quibus supra eo quod possent dicere et opponere a parte ipsarum ecclesiarum vel alicujus ipsarum se se et ipsas ecclesias vel aliquam ex ipsis ecclesiis ab hoc contractu fore lesos et omni beneficio restitutionis in integrum cum pro evidentibus utilitatibus ipsarum ecclesiarum omnium fuerit celebratus ut protestabantur ad invicem. Et eo quod posset opponi sentenciam ferendam per ipsos arbitros pro hoc compromisso fore injustam et iniquam et debere reduci ad arbitrium bonorum virorum et omnibus oppositionibus exceptionibus defensionibus probationibus et productioni testium contra predicta omnia et singula quolibet casu et eventu. Quod vero compromissum valere et durare voluerunt dicte partes per totum mensem madii proximi venturi. Et inde dicte partes nominibus quibus supra hanc cartam et plures uno tenore fieri rogaverunt.

Interfuerunt frater Jacobus prepositus monasterii sancti Albini mortariensis, presbyter Johannes de burgo bassignane capellanus ecclesie papiensis, Meschinus de sicleriis et Bertraminus de cucorello mansionarius dicte ecclesie papiensis inde testes vocati et rogati.

1313. 7 maggio.

II. *Sentenza pronunciata dagli arbitri nella quale sono determinati i confini a cui si estendeva la giurisdizione territoriale della Chiesa matrice di Pavia.*

Eodem anno (1313) die lune septimo madii. In claustro majoris ecclesie papiensis in presencia venerabilis viri domini Bonifacii archidiaconi ecclesie papiensis generalis vicarii reverendi in Christo patris et domini fratris Isnardi divina permissione Antiocheni patriarche et admnistratoris in spiritualibus et temporalibus ecclesie papiensis suum decretum et auctoritatem interponentis et prestantis ad omnia et singula infrascripta prius causa cognita. Cum venerabiles viri domini Henricus de nazario prepositus, Girardus archipresbyter, Musso cantor, Bellonus poverinus Egidius georgius, Sozo overgniacus, Jacomus de langusco, et Guido Zazius canonici ecclesie papiensis residentes ad capitulum convocati et congregati pro hoc speciali negocio nomine et a parte conventus et capituli dicte ecclesie papiensis ex parte una et presbyter Hostoricus prepositus plebis sancte Marie de Durne, presbyter Rolandus archipresbyter plebis sancti Nazarii de bosco, presbyter Castellus archipresbyter plebis Summi, presbyter Johannes archipresbyter plebis Clayrani, et presbyter Bertramus archipresbyter plebis sancte Armagore de Totonasco omnes plebes diocesis papiensis, nominibus dictarum omnium plebium et ecclesiarum et cujuslibet ipsarum. Et quilibet ipsorum pro sua plebe sive ecclesia pro evidenti utilitate ipsarum ecclesiarum ex alia propter multiplices et varias contemptiones et lites que oriebantur et oriuntur cotidie inter ipsos prelatos nominibus dictarum ecclesiarum et plebium super confinibus terminis et divisionibus plebatuum et limitibus parochiarum habencium confinia cum predicta majori ecclesia papiensi, et comunes terminos in plebatubus earundem exinde multa dampna lesiones et expense solebant provenire eisdem ecclesiis et cuilibet ipsarum maxime super decimis et fructibus decimarum colligendis exigendis et percipiendis ab omnibus hominibus et personis debentibus ipsas decimas et fructus decimarum de jure solvere et prestare annuatim ecclesie et aliis plebibus supradictis. Volentes igitur prefati prepositus archipresbyter et capitulum dicte ecclesie papien-

sis, et alii prepositus et archipresbyteri supradicti nominibus dictarum plebium et ecclesiarum predictas controversias questiones contemptiones et lites terminare et finire, cupientes dampna et pericula predictarum ecclesiarum et plebium prout est possibile evitare, ac super predictis decimis fructibus et redditibus decimarum colligendis exigendis et percipiendis ab omnibus et singulis hominibus et personis dare solvere et prestare debentibus de jure eisdem plebibus et ecclesiis, juris remedium adhibere et providere indempnitatibus earundem nec non animabus predictarum decimarum fructus et redditus dare debencium salubre remedium adhibere. Convenientes et concordantes et providentes intra se deliberatione prehabita diligenti de memoratis discordiis contemptionibus causis et litibus terminandis et finiendis et dampnis et periculis eciam evitandis, compromisissent se se nominibus dictarum ecclesiarum sive plebium suarum occaxionibus supradictis in discretos viros Henricum de lavolta, Rubaldum scanatum, Bergundium sclafenatum, presbyterum Oliverium de cristianis, Rolandum de ottonibus, Meraldum de meraldis et Mozinum saltarium homines bone fame et antiquos habentes plenam noticiam de predictis confinibus terminis et limitibus plebatuum eorundem tamquam in arbitros arbitratores amicabiles compositores laudatores diffinitores et terminatores supra predictis confinibus terminis et limitibus plebatuum plebium et ecclesiarum predictarum et declarationibus eorundem, ut in carta compromissi tradita et scripta a me notario plenius continetur. Volentes predicti arbitri arbitratores amicabiles compositores diffinitores et declaratores predictas controversias contemptiones et lites extinguere et predictos plebatus et parochias dictarum plebium terminare declarare et diffinire ipsorum terminorum limites et confines monstrare et declarare ac predictis controversiis litibus questionibus dampnis et periculis finem imponere juxta posse pro utilitatibus ipsarum ecclesiarum. Auctoritate dicti compromissi omnes prefati arbitri et arbitratores amicabiles compositores declaratores sedendo in concordia dixerunt monstraverunt diffiniverunt declaraverunt et amicabiliter composuerunt tam de consuetudine antiquitus observata quam etiam per scripturas cartas vel instrumenta pubblica et auditum antiquorum et obtentum a predecessoribus dictarum ecclesiarum sive plebium, et ab eis esse observatum prout inferius continetur. Primo videlicet incipiendo de super costas in plebatu plebis

sancte Marie de Durne dixerunt monstraverunt et declaraverunt quod confines termini et limites plebatuum ecclesie papiensis et predicte plebis Durni sic incipiunt et se extendunt scilicet, incipiendo ultra Hospitale sancti Spiritus per viam qua itur ad locum Gropelli ultra per sexaginta trabucos est unus terminus et limes predictorum plebatuum ecclesie papiensis et plebis Durne et vadit per rectitudinem usque in flumen ticini tam de super costam quam de subtus. Postmodum vero ab ipso primo termino et limite volvitur versus viam qua itur Durne quasi per breviorem viam. Postmodum vero ab isto secundo termino vadit versum locum Spisse sive ad Boschetum qui est vel fuit illorum de cogabellis et ab istis terminis versus Durne et versus Gropellum et Zerbolatum omnes terre possessiones et res ultra dictos terminos scilicet versus sero et meridiem sunt de plebatu et decima et decimaria dicte plebis sancte Marie de Durne, versus vero mane et nullam horam eundo per rectitudinem usque in ticinum a supradictis terminis et limitibus citra et infra restringendo ab ipsis terminis citra Hospitale locum et possessiones sancti Spiritus et locum Villenove de ardengis et locum Limide locum Casellarum locum Carbonarie et locum Spisse. Et a predicto Boscheto de cogabellis versus nullam horam eundo per rectitudinem usque in ticinum sunt plebatus ecclesie et capituli papiensis, omnes terre possessiones et res et decimaria ecclesie et capituli papiensis. Postmodum vero volvendo ab illo Boscheto de cogabellis eundo usque ad dictam viam publicam qua itur ad plebem Albignole quasi per rectitudinem, et ab ipsa via per rectitudinem eundo versus locum Cave et versus finem loci Cave deversus Summum scilicet ultra domum Isaconi cataxii versus locum et ultra locum Cave per sex trabucos. Et ab ipsis terminis quasi per rectitudinem eundo usque ad paudum sunt termini limites et confines dictarum plebium sive ecclesiarum, videlicet quod a predictis Boscheto et via et predictis terminis et limitibus versus meridiem sunt omnes terre possessiones et res et decimaria in plebatibus et de plebatubus plebium Durni, sancti Nazarii de bosco et Summi salvo jure cuilibet illarum plebium et inter ipsos plebes. Item possessiones terre et res loci Frasate et medietas territorii Traveti sunt de plebatu plebis Summi.

A predictis vero terminis et limitibus versus nullam horam et versus ticinum et infra versus civitatem papie sive ticinum sunt

omnes terre possessiones et res de decimaria et plebatu et infra plebatum et confines plebatus et de decimaria capituli et ecclesie papiensis. Ab ipso vero termino paudi qui nunc est inter dictam plebem Summi et ecclesiam papiensem eundo semper sicut vadit flumen paudi flumen semper dividendo quocumque iverit et derivaverit dictum paudum usque ad arcinum Caruliani. et ab ipso termini arzini eundo per rectitudinem usque in ticinum sunt termini confines et limites et esse dicunt pronunciant et declarant imperpetuum. inter capitulum et ecclesiam papiensem et dictum presbyterum Johannem archipresbyterum plebis Clayrani et ipsam plebem Clayrani. Ita quod possessiones terre et res que sunt et erunt pro temporibus ultra paudum sint et esse debeant de decimaria et plebatu dicte plebis Clayrani et infra plebatum ipsius plebis Clayrani. Possessiones vero et terre omnes et singule quecumque sint et cujusmodi conditionis et maneriei que sunt citra paudum et pro temporibus erunt usque ad predictum arzinum Caruliani et a predicto arzino citra versus sero usque in ticinum sunt de plebatu et infra confines plebatus et esse dicunt de decimaria et jure decimationis capituli et ecclesie papiensis. Ab illo vero arzino Caruliani versus mane tam citra paudum quam ultra sunt possessiones et terre et decimaria plebatus ecclesie sancti Armagore de Totonasco. Salvo jure cuilibet ipsarum plebium et super limitibus et terminis inter dictas plebes Totonaschi, Clayrani et Summi. Et ita dicti omnes arbitri arbitratores amicabiles compositores diffinitores declaratores in concordia sedendo laudaverunt dixerunt monstraverunt diffiniverunt declaraverunt et amicabiliter composuerunt tam de consuetudine antiquitus observata quam etiam per scripturas cartas vel instrumenta publica, auditum etiam antiquorum et obtentum a predecessoribus dictarum ecclesiarum omnium sive plebium et ab eis esse observandum et attendi et observari debere in futurum per ipsos omnes prepositos archipresbyteros, et prelatos dictarum plebium et ecclesiarum nominibus quibus supra et successores ipsorum in perpetuum. Sub integra restitutione dampni interesse et expensarum et obligatione bonorum omnium cujuslibet ipsarum omnium et singularum plebium et ecclesiarum. Presentibus approbantibus et affirmantibus et corroborantibus predicta omnia et singula et quelibet premissorum predictis dominis preposito, archipresbytero, cantore et canonicis nomine dicti capituli ecclesie papiensis et dicto preposito plebis Durni et

archipresbyteris dictarum plebium sancti Nazari de bosco, Clayrani et Totonaschi nomine dictarum suarum plebium et ecclesiarum licet absente presbytero Castello archipresbytero plebis Summi supradicto laudantibus et ratificantibus predictas determinationes declarationes et demonstrationes limituum finium et terminorum dictorum plebatuum omnium dictarum plebium et ecclesiarum videlicet quilibet pro sua ecclesia et plebe, et easdem determinationes declarationes et monstrationes limituum finium et terminorum dictorum plebatuum attendere et observare vicissim hinc inde promittentibus imperpetuum sub obligatione bonorum cujuslibet predictarum plebium et ecclesiarum et integra restitutione dampni interesse et expensarum. Que omnia infrascripta et singula dictus vicarius auctoritate qua fungebatur approbavit laudavit rattificavit, et precepit dictis prepositis archipresbyteris et capitulo ecclesie papiensis nominibus quibus supra inviolabiliter et perpetuo observari. Et inde dicti vicarius arbitri arbitratores et amicabiles compositores, prepositi archipresbyteri et capitulum ecclesie papiensis nominibus quibus supra hanc cartam et plures uno tenore fieri jusserunt et rogaverunt.

Interfuerunt presbyter Hengilerius minister ecclesie sancti Eusebi papiensis, don Augustinus monachus monasterii sancti Appolinaris papiensis, presbyter Ardengus cogabella et presbyter Jacobus de abiate capellani dicte ecclesie papiensis inde testes vocati et rogati etc.

Ego Raynerius de brayda notarius publicus predictis omnibus et singulis interfui, et rogatus inde presens conficere instrumentum a dictis partibus et arbitris hanc cartam scripsi.

1318, 25 maggio.

III. *Descrizione e consegna dei fondi situati nel territorio di Vallegio e di Ottabiano di proprietà del Capitolo della Cattedrale.*

Anno a nativitate domini millesimo tricentesimo decimo octavo indictione prima die jovis vigesimoquinto mensis madii post horam tercie. In loco Valegii prope ubi dicitur in via molini Martinus de valegio filius quondam Jacobi, Guarnerius de valegio filius quondam Bertholoti, Prandellus de Valegio filius quondam Pagani omnes de loco Valegii et Jacomus Pa-

taracius de loco Ottabiani qui omnes de mandato domini Francischi de liprandis judicis et assessoris domini Luchini vicecomitis papie potestatis eisdem Francisco presente me notario et testibus infrascriptis per Guillielmum blanchum servitorem comunis papie juraverunt tactis sacris scripturis ad sancta Dei evangelia remotis premio odio amore et timore quod bona fide sine fraude monstrare et comscignare habeant domino Bergundio torto canonicho ecclesie majoris papie nomine ipsius Ecclesie recipienti omnes illas terras sedimina et possessiones tam in terris cultis quam incultis boschis guastis guasturis gerbis et possessionibus omnibus que et quas dicta Ecclesia major habet, et usa est habere in loco fondo et territorio Valegii et in illis partibus et contratis et que terre et possessiones fuerunt olim detente et possesse per Ecclesiam sancte Mustiole papie jure Ecclesie sancti Pauli de dicto loco Valegii, que omnia et syngula pervenerunt in dictam majorem Ecclesiam papie pleno jure, qui comsignatores monstraverunt et comscignaverunt eidem domino Bergundio dicto nomine prout inferius continetur. Quarum prima pecia jacet in via molini et est Bebulce novem terre cui coheret a mane via de molino a meridie sancta Maria de Lomello in parte et in parte tomsi de Ottabiano a sero via qua itur Lomellum et a nulla hora sanctus Bartolameus de ponte papie. Secunda pecia jacet ibi prope in via molini et est pertice viginti et septem terre cui coheret a mane via molini, a meridie Bassanus canis et frater et via traversaria a sero heredes quondam chavalchi de Valegio et ab aquilone tomsi de Ottabiano. Tercia pecia jacet ibi prope in via molini et est pertice decem et septem terre cui coheret a mane via molini a meridie et a sero Bassanus canis et frater et ab aquilone via traversaria. Quarta pecia jacet in territorio dicti loci ubi dicitur ad alberas et est bebulche quatuordecim terre cui coheret a mane sancta Maria de Lomello in parte et in parte Johannes canis filius quondam Jacomi, a meridie in parte dictus Johannes et in parte sancta Maria predicta et in parte Martinus de Valegio, et in parte Prandellus de Valegio et in parte heredes quondam Conradelli de sancto Nazario a sero Rolandus et Franceschus fratres de canibus et ab aquilone symiliter dicti fratres. Quinta jacet ubi dicitur ad schuregleras et est bebulce tresdecim terre cui coheret a mane via in parte et in parte sancta Maria de Lomello a meridie via a sero sancta Maria de Lomello in parte et in parte

Guarnerius de Valegio et ab aquilone via que est versus boscha de folpertis. Sexta pecia jacet in via sive justa viam de barzilis et est bebulce tredecim minus tabulis novem terre cui coheret a mane tomsi de Ottabiano a meridie strata papie a sero via de barzilis sive zerbum et ab aquilone Guarnerius de Valegio. Septima pecia jacet in via de castagnolis et est pertice quinquaginta terre cum choca cui coheret a mane Prandellus de Valegio in parte et in parte zerbum de barzelis et in parte Guarnerius de Valegio a meridie et a sero dictus Guarnerius et ab aquilone Rolandus canis in parte et in parte Prandellus de Valegio et in parte Bassanus canis et frater. Ottava pecia jacet ibi prope in via de castignolis et est pertice sex et dimediam terre pro medietate in indiviso perticarum tredecim cui coheret a mane toti heredes quondam Conradelli de sancto Nazario a meridie tomsi de Ottabiano a sero via de castignolis et ab aquilone Guarnerius de Valegio. Nona pecia jacet in via de pulexeto et est pertice duodecim terre cui coheret a mane via de pulexeto a meridie Johannes canis filius quondam Jacomi a sero sancta Maria de Lomello et ab aquilone dictus Johannes canis de qua pecia terre quondam Jacomus canis solebat dare et reddere fictum omni anno quondam Bertoloto et Jacobo de Valigio starios duos papienses sycalis eo tempore quando tenebat dictas terras ad fictum a dicta Ecclesia. Decima pecia jacet ubi dicitur de subtus strictas in brayda sancti Pauli et est bebulche quadraginta due et pertice tres terre et est in pluribus peciis et thochis insymul se tenentibus cui coheret a mane boschum Raynerii de sancto Nazario in parte et in parte heredes quondam Petri canis a meridie Bassanus canis et frater in parte et in parte dictus Raynerius et in parte Prandellus de Valegio a sero in parte dictus Raynerius et in parte dictus Prandellus et in parte via qua itur Valigio ad sanctum Paulum ab aquilone via qua itur Ottabiano Papiam et qua itur a dicta ecclesia sancti Pauli Papiam. Undecima pecia jacet ubi dicitur invalcerexia et est bebulce septem terre cui coheret a mane via qua itur Tromellum a meridie via qua itur Papiam a sero heredes quondam Guillielmi de Valegio in parte et in parte heredes quondam Conradelli de sancto Nazario et in parte Ubertanus de feraria et ab aquilone heredes quondam Guillielmi de Valegio. Duodecima pecia jacet ibi prope in valcerexia et est pertice decem terre cui coheret a mane heredes quondam Guillielmi de Valegio a

meridie via a sero et ab aquilone heredes quondam Conradelli de sancto Nazario. Tertiadecima pecia jacet in territorio dicti loci in qua est posita ecclesia sancti Pauli et est bebulce otto cui coheret a mane Guarnerius de Valegio a meridie strata qua itur Papiam a sero zerbum guastum et ab aquilone Petrus machafangus. Quarta decima pecia jacet ubi dicitur inbrayda bramosa et est bebulce undecim terre cui coheret a mane nemus quod dicitur rotondinus quod est heredum quondam Conradelli de sancto Nazario a meridie via qua itur Papiam a sero heredes quondam Mucii canis et ab aquilone via. Quintadecima pecia jacet ubi dicitur inbrocho et est pertice sexaginta et tabule decem terre cui coheret a mane Raynerius de sancto Nazario a meridie via sancti Pauli qua itur ad locum Durne a sero Guarnerius de Valegio et ab aquilone dictus Guarnerius. Sextadecima pecia jacet ubi dicitur inzignabove et est bebulce decem terre cui coheret a mane et a meridie Raynerius de sancto Nazario a sero et ab aquilone heredes quondam Petri machafangii. Decimaseptima pecia jacet ibi prope inzignabove et est bebulce sex terre salvo plus vel minus sit cui coheret a mane heredes quondam Petri machafangii a meridie canes de Valegio et dicta canonicha et ab aquilone terra quam laborat gnochus de rolandis. Decima ottava jacet ubi dicitur intorria et est pertice viginti due terre cui coheret a mane gnochus de rolandis a sero via et ab aliis partibus dictus gnochus. Decimanona pecia jacet ibi prope intorria et est pertice decem terre cui coheret a mane Ecclesia sancti Petri de Valegio et ab aliis partibus Raynerius de sancto Nazario. Vigexima pecia jacet ubi dicitur ad dossum mase et est pertice otto terre cui coheret a mane guastum mase a meridie Prandellus de Valegio a sero Raynerius de sancto Nazario et ab aquilone Bellotus guercius. Vigexima prima pecia jacet ubi dicitur inpertegetum et est pertice decem terre cui coheret a mane Guarnerius de Valegio a meridie via Tromelli a sero et nulla hora heredes quondam Mucii canis. Vigexima secunda pecia jacet ubi dicitur ad bozolinum et est pertice decem et otto terre cui coheret a mane via Tromelli a meridie et a sero heredes quondam Bertoloti de Valegio et ab aquilone stratelle sancti Gaudencii et inde dicti comscignatores hanc cartam fieri jusserunt.

Interfuerunt Francischus turta de frascharolo domizellus domini archidiachoni Papie Martinus blanchus servitor comunis Papie et Jacomus vagus qui dicitur piantarolus inde testes.

Summa predictarum terrarum est bebulce centum septuagintaquinque et pertica una et tabule tresdecim.

Ego Ricardus baffadossus notarius sacri palacii in hac carta a me tradita scripsi.

Ego Andreas canis sacri palacii notarius hanc cartam jussu suprascripti Ricardi scripsy.

1318, 25 giugno.

IV. *Giuramento prestato da tre persone di specificare colle loro coerenze tre pezzi di terra di ragione della Chiesa Cattedrale situati nel paese di Ottabiano o di Vallegio, e consegna ricevutane da un mansionario a nome della stessa Cattedrale.*

Anno a nativitate domini millesimo tricentesimo decimo octavo indictione prima die dominico vigesimo quinto mensis Junii ante horam tertie in territorio Ottabiani videlicet in cuntrata ubi dicitur inzerro pagano. Alexander maschonalis Johannes rabia et Jacomus vagus qui dicitur piantarolus juraverunt eorum manu propria ad sancta Dei evangelia quod monstrabunt et comscignabunt et monstrare et comscignare habent bona fide sine fraude Carnelevario torto Maxenario Ecclesie majoris papie recipienti nomine et vice dicte Ecclesie majoris infrascriptas tres pecias terre quas dicta Ecclesia habet et usa est habere in territorio Ottabiani sive Valegii in dicta cuntrata ubi dicitur inzerro pagano et que tres pecie sunt de tenuta et possessione que fuit olim detenta et possessa per Ecclesiam sancte Mostiole papie jure sancti Pauli positi in territorio Valegii que tenuta et possessio pervenit in dictam majorem Ecclesiam papie et capitulum ejusdem Ecclesie pleno jure et qui comscignatores et monstratores comscignaverunt et monstraverunt prout inferius plenius continetur. Prima quarum jacet ubi dicitur inzerro pagano et est pertice undecim terre cum chocha cui coheret a mane Alexander maschonalis et in parte monasterium de Jericho a meridie Johannes rabia a sero Franciscus de bexate sive ejus fictuales et ab aquilone dictus Alexander in parte et in parte tonsi de ottabiano. Secunda pecia jacet ibi prope in dicta cuntrata et est pertice decem et tabule due cum chocha cui coheret a mane Bassanus canis a meridie sancta Maria de Lomello a sero Zanonus de belbello et ab aquilone Rufinus vagus qui dicitur . . . .

Tercia pecia jacet ibi prope in dicta cuntrata et est pertice quatuor cum chocha cui coheret a mane sanctus Petrus de Valegio in parte et in parte Bassanus canis a meridie sancta Maria de Lomello a sero monasterium de Jericho et a nulla hora Bassanus canis predictus et inde dicti comscignatores et monstratores hanc cartam fieri jusserunt.

Interfuerunt presbyter Guillielmus capellanus Ecclesie majoris papie Jacomus pataracius de Ottabiano et Thizonus de arena notarius inde testes.

Summa predicte comscignationis est pertice vigintiquinque et tabule due.

Ego Ricardus baffadossus notarius sacri palacii in hac carta a me tradita scripsi.

Ego Andreas canis sacri palacii notarius hanc cartam jussu suprascripti Ricardi scripsy.

1327, 19 maggio.

V. *Guglielmo da Cremona priore generale degli Eremitani di S. Agostino costituisce quattro procuratori concedendo a ciascuno ampia facoltà di comperare case, terre e locali vicini alla Chiesa di S. Pietro in ciel d' oro in Pavia, sulla cui area doveva edificarsi il Convento degli Eremitani in esecuzione del Rescritto apostolico di Giovanni XXII.* (*) *(Pergamena esistente presso la Biblioteca dell' I. R. Università di Pavia).*

In nomine domini amen. Anno ejusdem millesimo tricentesimo vicesimo septimo Indictione decima mensis maij die decimanona; Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini domini Johannis divina providentia papae XXII anno undecimo. In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum Reverendus in Christo pater dominus frater Guillielmus de Cremona prior generalis heremitarum ordinis sancti Augustini auctoritate qua fungebatur dicti officii fecit constituit et ordinavit religiosos et discretos viros dominos fratres Lamfranchum de Mediolano sacre pagine professorem, Girardum de Pergamo ipsius sacre pagine baccalarium, Nicoli-

(*) Fu già citata una parte di questo documento nelle *Ricerche intorno alla persona dell' Anonimo Ticinese*, stampate in fine dell' operetta: *Notizie storiche del Tempio Cattedrale di Pavia.*

num de Alexandria lectorem in Curia et Johannem de bitteriis procuratorem dicti ordinis heremitarum suos et dicti ordinis veros et legitimos procuratores scyndicos et actores quemlibet ipsorum insolidum ita quod non sit melior condicio occupantis et quod unus eorum inceperit eorum alter prosequi valeat et finire ad emendum et quocumque titulo acquirendum a quocumque seu quibuscumque persona vel personis collegio vel universitate ecclesiastico vel seculari domos, hedificia, solos, ortos, et areas, seu officinas quascumque et quoscumque pro hedificando et construendo conventum domos et quascumque officinas et dependentia seu adherentia eisdem juxta monasterium seu ecclesiam sancti Petri in celo aureo papiensi secundum tenorem rescripti seu literarum apostolicarum gratie supradicti domini pape super predictis concessarum seu concessi ordini antedicto et ad occupandum seu acquirendum et retinendum dominium plenum et qui tenutam et corporalem possessionem eorundem vel alterius ex eisdem et generaliter ad omnia et singula facienda que in predictis et circa predicta fuerunt oportuna etiam si mandatum exigatur speciale nec non ad accipiendum mutuo dictis de causis vel dicta de causa quascumque pecuniarum quantitates a quacumque seu quibuscumque persona vel personis collegio vel universitate semel et pluries et quotiescumque in omnibus premissis vel aliquo premissorum fuerit oportunum et ipsis procuratoribus vel eorum alteri videbitur expedire et ad obligandum se, conventum papiensem et ordinem ac ipsum officium sub quocumque tenore et clausulis oportunis ad sensum et curam illius vel illorum a quo vel a quibus mutuum receperint occasionibus supradictis prout dictis procuratoribus scyndicis vel actoribus vel alteri ipsorum insolidum judicabitur expedire et ad renuntiationes quascumque faciendas in predictis et circa predicta et ad satisfaciendum inde dictis creditoribus futuris dicta de causa. Promittens idem dominus generalis nomine suo dicti ordinis suorumque in dicto officio successorum perpetuo rata grata et firma habere tenere observare et adimplere quidquid per dictos procuratores vel eorum aliquem in premissis et singulis premissorum actum fuerit seu etiam procuratum. Volens dictos procuratores et eorum quemlibet ab omni satisdationis onere relevare promisit michi notario infrascripto legitime et solemniter stipulanti et recipienti vice et nomine omnium quorum interest vel interesse poterit quomodolibet in futurum judicio sisti et judica-

tum solvi cum omnibus suis clausulis oportunis sub ypotheca et obligatione omnium bonorum ordinis supradicti. Actum avinione in loco dicti ordinis fratrum heremitarum presentibus discretis viris magistris Johanne de. mangano de Papia canonico valentinensi papiensis diocesis utrïusque juris perito in Romana Curia advocato, Petro Alexandri clerico aretinensi et religioso viro fratre Johanne de monte dicti ordinis et Francisco aretini de aretio testibus ad predicta specialiter vocatis et rogatis.

Et ego Alexander Egidii de Guarano publicus sancte Romane Ecclesie et imperiali auctoritate notarius predictis omnibus et singulis una cum suprascriptis testibus presens interfui rogatus scripsi et in hanc publicam formam redegi meumque signum apposui consuetum in testimonium premissorum.

1332, 20 gennajo.

VI. *Il rettore ed il chierico della Chiesa di S. Leonardo di Tossegaria coll' intervento del canonico Bernardo Lanario vicario generale del vescovo Giovanni IV. (Fulgosio) eleggono Giovanni Mangiaria in loro sindaco e procuratore.*

Anno a nativitate domini millesimo tricentesimo trigesimo secundo Indictione quintadecima die lune vigesimo Januarii hora tertie. In papia videlicet in claustro Ecclesie majoris in presentia domini Bernardi lanarii Canonici papiensis vicarii Reverendi in Christo patris domini Johannis Dei et apostolice sedis gratia Episcopi papiensis Jacobus de maliolis de Nazano rector et minister et Conradus de christianis clericus Ecclesie sancti Leonardi de Tossegaria papiensis diocesis tam propriis nominibus quam etiam nomine dicte Ecclesie sancti Leonardi constituerunt ordinaverunt et fecerunt, constituunt ordinant ac faciunt Johannem mangiariam eorum et cujuslibet ipsorum et dicte Ecclesie nunc syndicum et procuratorem et quodquod melius esse potest ad omnes causas lites et qüestiones quas ipsi insimul et divisim tam propriis nominibus quam nomine dicte Ecclesie habent vel habituri sunt cum aliquà persona vel personis, ecclesia, collegio, civitate et universitate et coram quocumque judice ecclesiastico et civili eo modo quod quodquod dictus procurator dicto nomine inde fecerit in agendo, petendo, defendendo, placitando, opponendo, contradicendo, petitiones faciendo, petitio-

nibus respondendo, denunciando, requirendo testes, et instrumenta producendo et presentando libellum et petitiones in scriptis dando, et referendo, litem contestando, sacramentum calumpnie et cujuslibet alterius generis sacramentum in eorum causas faciendo et prestando, exceptiones cujuscumque generis proponendo, judices eligendo et recusando, sententias audiendo, appellando, appellationes prosequendo, et in omnibus hujusmodi et singulis que ad causas et merita causarum spectant et pertinent, faciendo dicti constituentes ratum et firmum omni tempore habere et tenere promiserunt promittendo insuper dicto domino vicario et Francischino notario infrascripto tamquam publice persone referenti et stipulanti nomine omnium quorum interest vel intererit et de eis conquerentium seu reconvenire volentium judicatum solvi cum omnibus suis clausulis, relevando ipsum procuratorem ab omni onere satisdationis sub ypotheca omnium suorum bonorum et dicte Ecclesie, et inde dicti constituentes hanc cartam fieri rogaverunt. Interfuerunt Maraschinus lanarius et Symoninus canis inde testes.

Ego Francischinus canis notarius predictis omnibus et singulis interfui et hanc cartam mihi fieri jussam tradidi et scripsi.

Ego Johannes boculus filius quondam Uberti notarius hanc cartam jussu suprascripti Francischini canis notarii scripsi.

1332, 27 ottobre.

VII. *Quitanza fatta dal canonico Bernardo Torti al sindaco dei monaci vallombrosani per l' annuo canone delle terre sulle quali era fabbricato il monastero di S. Sepolcro detto di S. Lanfranco.*

Anno a nativitate domini millesimo trecentesimo trigesimo secundo indictione quintadecima die martis vigesimo septimo mensis octobris hora mane in claustro ecclesie majoris papie fuit confessus dominus Bergundius tortus canonicus ejusdem ecclesie nomine dicte ecclesie versus fratrem Michaelem penagrar. conversum et syndicum monasterii sancti Sepulcri dicti sancti Lafranchi et dominum Vallem recipientem hanc confessionem nomine dicti monasterii habuisse et recepisse ab eo nomine dicti monasterii star. octo pap. sicale et star. quatuor milei et soldos septem pap. in termino pro ficto unius anni preteriti et com-

pleti in calendis Augusti proxime preteriti, quod tamen omnis blava datur et prestatur omni anno per dictum monasterium fictum eidem majori ecclesie et capitulo sive dicto domino Bergundio canonico ipsius ecclesie nomine dicte ecclesie de certis terris positis et jacentibus in campanea papie super quibus est hedificatum dictum monasterium, ita quod a dicto anno retro per dictum monasterium dicto domino Bergundio nomine dicte ecclesie nichil remanet ad solvendum computatis in hac confessione omnibus confessionibus hinc retro factis renunciando exceptioni non accepti et habiti dicti ficti, et omnibus probationibus et testium productionibus contra hec. Et inde predictus dominus Bergundius nomine dicte ecclesie hanc cartam fieri rogavit presentibus Bernardo lanario et Guideto zacio canonicis dicte majoris ecclesie et Perino bafadosso mansionario dicte ecclesie testibus ad hec vocatis et rogatis et quod fictum est dicto domino Bergundio assignatum in sua prebenda.

Ego Raynaldus de butigellis publicus imperiali auctoritate papiensis notarius hanc cartam michi jussam fieri rogatus scripsi.

1334, 1 gennajo.

VIII. *Atto col quale il vescovo Giovanni IV. (Fulgosio) approva e conferma le regole della Compagnia dei Raccomandati alla Beata Vergine Maria.*

Johannes Dei et apostolice sedis gratia episcopus papiensis dilectis nobis in Christo fratribus Johanni de basirica priori et universis et singulis Christifidelibus societatis et congregationis Recomendatorum beate Marie Virginis de papia salutem in domino sempiternam.

Cum nostri intersit propter nobis commissi pastoralis officii dignitatem ad semitam mandatorum Dei devios revocare, et revocatos hortari, hortatosque corroborare in bonum, ac precipue ad amorem et venerationem gloriosissime Virginis Dei genitricis Marie, que peccatores ad ipsam conversos filio suo modo mirabili reconciliat, reconciliatos in bono proposito confirmat, ipsosque protegit, et defendit, alicere pro posse vere dignum et justum nobis videtur potissime, cum de vobis et dicta vestrum congregatione fide digno testimonio spiritualia bona non modica audiamus, nos ad vestrarum proficuum animarum vestris petitio-

nibus adherere, et nostrum vobis in hac parte prestare favorem, ideoque auctoritate qua fungimur presentium tenorem laudamus, approbamus, ratificamus, confirmamus, et nostro patrocinio communimus dicte vestre societatis et congregationis constitutiones, que sunt prout hic inferius describitur: Ad laudem et gloriam sanctissime Trinitatis et sanctissime Virginis Marie et beatorum apostolorum Petri et Pauli et totius curie celestis et fidei ortodoxe ex nunc ordinamus ad observantiam infrascriptorum Deo propitio, et illibate Virginis Matris intuitu, cujus obsequiis incessanter intendimus propitius temporibus inherere et inviolabiliter deputari, ne subito preocupati die mortis queramus spatium penitentie et invenire non possimus, salvo semper in omnibus et per omnia mandato et correctione sedis apostolice ad cujus exaltationem et reverentiam infrascripta fiunt, ut infrascriptus modus devote semper voluntarie observetur. Quicumque hanc vitam tenere voluerit, recipiatur per priorem quemque vel aliquem alium sacerdotem ad id deputatum et recipiat crucem ✠ et volenti recipi capitula omnia exponantur, nec recipiatur aliquis nisi prius usuras et male ablata, si habet, restituat, seu restituere ordinet et disponat cum conscientia proprii sacerdotis, et postmodum de fama morum illius examinetur et fidei, quod si levis suspicio et probabilis de fide ipsius possit haberi, non recipiatur et si receptus fuit ignoranter penitus ejiciatur et deinceps nullatenus admittatur: et a ludo taxillorum et taberna in qua sint mulieres infames penitus abstinebit et ab omni muliere excepta uxore et mulier ab homine excepto proprio viro, super quod statuimus, quod unus sit prior omnium electus a majori parte, que sit gravis et idonea persona, cui assignentur quatuor discreti viri vel plures, quorum consilio nitatur, et semper in festo omnium sanctorum isti cum priore mutentur, nisi aliud expedire videtur parti majori istius societatis. Quilibet fratrum Recomendatorum confiteantur regulariter in anno sacerdoti suo parochiali vel alteri de licentia ejus in solemnitatibus infrascriptis: in festo nativitatis et resurrectionis Domini, et Assumptionis beate Virginis Marie et in illis reverenter communicabunt per manus proprii sacerdotis vel de licentia ejus, et nullus remaneat nisi pro manifesta et urgenti necessitate cum conscientia sui sacerdotis quando fieri potest bono modo. Jejunet autem quilibet frater vel soror jejunia per Ecclesiam instituta vigiliis solempnitatum Virginis Marie die nativitatis in mense septembris,

die Assumptionis in mense Augusti, Purificationis in mense februarii, Annunciationis in mense martii. Similiter omni die ante comestionem dicat pater noster cum gloria patri et salutationem Virginis, et requiem eternam; et post comestionem similiter juxta morem sanctorum, qui cum gratiarum actione assumunt cibum; de vestimentis ad libitum, excepta nimia superfluitate et curiositate secundum statum uniuscujusque et cui magis placet, possit habere vestimenta honesta et religiosa secundum quod cuilibet placuerit, Domino inspirante. De oratione hic modus teneatur: pro prima et omnibus horis dicat quilibet omni die XXV. pater noster cum gloria patri et salutatione Virginis Marie, et VII. pater noster cum requiem eternam pro vivis et mortuis istius societatis: clerici vero preter horas canonicas ad quas ratione ordinis vel ecclesiastici beneficii sunt adstricti dicant quotidie psalmos penitentiales cum gloria patri et requiem eternam pro vivis et mortuis istius societatis cum istis orationibus *Deus qui de Beate Marie, Deus venie largitor.* Ut autem hec sancta societas in nomine gloriose Virginis inchoata crescat et firma consistat et fidem catolicam inviolabiliter custodiat et defendat, ecclesie romane humiliter et reverenter obtemperet, volumus ut habeant summum pontificem in dominum rectorem et patrem, et ipsum D. episcopum papiensem, vel alium secundum ipsius Domini beneplacitum et mandatum. Et hec omnia studeat quilibet juxta suam possibilitatem bona fide ac fideliter observare. Itaque si aliquando aliquis dicte societatis pretermiserit aliquod predictorum non sit ei propter eamdem congregationis submissionem id obligatorium ad peccatum, sed liberum sit quibuslibet hec observare volentibus ad reverentiam Virginis Marie advocate nostre et filii ejus. Item ut hec sancta societas de bono in melius crescat, et illibata consistat ordinamus sex vicibus in anno fieri predicationes generales, et ibi legantur ordinamenta et vita que debent a Recomendatis fideliter observari, et ibi denuncientur indulgentie et beneficia ipsis Recomendatis concessa. Prima predicatio fiat in dominica ante festum omnium sanctorum, secunda in dominica de Canite tuba ante nativitatem Domini, tertia in dominica prima quadragesime, quarta in dominica palmarum, quinta in dominica post pentecostem, sexta in dominica ante consecrationem basilice sancte Marie majoris quod est festum nivis. Si quis autem de Recomendatis aliquod peccatum publicum incurreret per priorem et proprium sacerdo-

tem cum aliquibus discretis viris hujus societatis corrigatur. Quod si culpam suam humiliter recognoverit et cavendum prospexerit cum misericordia penitentia imponatur. Quod si nec culpam humiliter recognoverit, nec se emendare voluerit de societate ejiciatur et a beneficiis vivorum et mortuorum privetur, nec recipiatur nisi congregentur ad hec omnis vel major pars Recomendatorum discretorum. Et nobis non liceat habere archam pro pecunia congreganda et servanda in comuni ad tollendam omnem dubietatem et suspicionem mali. Nec intendimus nec ordinamus de excessibus clericorum quod corrigantur nisi per eos ad quos ordinarie spectat correctio eorumdem. Nos autem de omnipotentis Dei misericordia et gloriosissime Virginis Marie matris ejus ac beatorum apostolorum Petri et Pauli, atque beatissimi Syri confessoris patroni nostri presidio confidentes omnibus vere penitentibus et confessis, dictam societatem et congregationem intrantibus et recipientibus crucem quadraginta dies; item portantibus dictam crucem ut omni die appareat quadraginta dies: item quando confitentur peccata sua juxta constitutionem predictam quadraginta dies; item quando recipuerint corpus Domini juxta constitutionem predictam XL. dies: item quando venerint ad predicationem juxta constitutionem predictam quadraginta dies: item quando venerint ad visitandum altare dicte congregationis quadraginta dies: item quando offerunt ad altare prima dominica Januarii quadraginta dies: item quoties porrexerint suam manum adjutricem dicto altari pro aliquibus necessariis ipsi altari quadraginta dies: item priori et discretis dicte congregationis quando simul convenerint pro ipsius congregationis negotiis quadraginta dies de injunctis eis penitentiis auctoritate nostra misericorditer in Domino relaxamus dum constitutiones prefatas observaverint bona fide. In quorum testimonium presentes fieri mandamus et nostri sigilli appensione muniri. Datum in Rocha nostra Montalini die prima Januarii M. CCCXXXIIII. indictione secunda.

1338, 3 ottobre.

IX. *Subinvestitura di beni situati nel territorio di Butirago di ragione direttaria del Capitolo della Cattedrale fatta dal rettore di S. Nicolao della Moneta a favore di Franceschino Sedacio.*

Anno a nativitate domini millesimo tercentesimo trigesimo octavo Indictione sexta tertio mensis octubris hora octave. In papia videlicet in claustro sancti Nycolai de moneta. Cum presbyter Johannes de ignyferio rector et minister dicte Ecclesie sancti Nicolai de moneta ejus proprio nomine tantum et non nomine alterius Ecclesie una cum quondam Julieto de albaris et ipse quondam Julietus investiti fuissent per capitulum et canonicos Ecclesie majoris papiensis ad fictum toto tempore eorum vite tantum de omnibus illis terris cultis et incultis pratis gerbis boschis sediminibus possessionibus fictis decimis et juribus universis spectantibus et pertinentibus Ecclesie sancte Marie de Butirago et per consequens dicte Ecclesie ipsi occasione unionis facte dicto Capitulo Ecclesie majoris papiensis ad certum fictum ipsi majori Ecclesie tempore pacis dandum ut in carta ipsius investiture inde facta millesimo trecentesimo vigesimo septimo die mercurii nono decembris per instrumentum de christianis notarium continetur et cum partes et jura dicti quondam Julieti pervenissent in dictum presbyterum Johannem occasione repudiationis facte per ipsum quondam Julietum, ut in carta inde facta dicitur contineri. Et cum dictus presbyter Johannes propter debilitatem sue persone non possit infrascriptis possessionibus et rebus positis et jacentibus in loco et territorio Butiraghi superesse, idcirco dictus presbyter Johannes investivit et cessit toto tempore vite sue Franceschino sedacio filio quondam Oglerii de omnibus terris cultis et incultis pratis zerbis sediminibus et possessionibus et decimis, quas dictus presbyter Johannes nomine dicte Ecclesie sancte Marie de Butirago et dicte majoris Ecclesie habet et habere videtur in dicto loco et territorio Butiraghi citra Olonam et de quibus Ubertus deboldo qui dicitur Regnaus et quondam Jacomus de albaris soliti fuerunt tenere ad fictum a dicto presbytero Johanne citra Olonam quantumcumque sint ipse terre et possessiones et in quot et quibus petiis jaceant et quibus coherentiis terminentur simul cum

accessibus et ingressibus et omnibus suis juribus coherentiis et pertinentiis spectantibus et pertinentibus. Et ex causa et merito hujus presentis investiture dictus presbyter Johannes cessit et datum juris fecit suprascripto Franceschino de omnibus juribus et actionibus realibus et personalibus utilibus et directis que et quas ipse presbyter Johannes habebat et ei spectabat et pertinebat modo aliquo in dictos investitos et adversus quascumque personas habentes tenentes et possidentes predicta vel aliquid de predictis et solvere debentes ficta et decimas. Et inde dictum Franceschinum in suum locum posuit et constituit constituendo eum procuratorem in rem suam eo modo quod de cetero dictus Francischus et ejus heredes ab eo descendentes et non quibus dederint habeant teneant gaudeant et possideant et ipsi predicta investita symul cum accessibus et ingressibus et omnibus suis pertinentiis infrascriptis et exinde faciant quidquid voluerint prout inferius continetur ,sine contradictione dicti presbyteri Johannis et sua defensione ab omni persona cum exceptione, et ita promisit ei attendere et dare; de quibus vero predictis investitis dictus Francischus convenit et promisit eidem presbytero Johanni dare et solvere fictum et nomine ficti a festo sancti Martini proxime venturo in antea usque ad aliud festum sancti Martini proxime venientis et deinde omni anno in festo sancti Martini tempore pacis tantum libras undecim papienses in denariis numeratis symul cum expensis omnibus que fierent modo aliquo termino preterito pro ipso ficto petendo, credendo ei in suo dicto sine sacramento faciendo de expensis inde factis prout ei dixerit. Et inde dictus Francischus omnia sua bona suprascripto presbytero Johanni pignori obligavit, hoc acto inter eos ex pacto videlicet quod dictus presbyter Johannes teneatur et debeat et promisit consignare eidem Franceschino dictas terras et possessiones investitas usque ad calendas martii proxime venientis et si non consignaverit quod dictus Franceschinus possit et ei liceat predicta omnia investita eidem presbytero Johanni refutare si eidem Francischo placuerit. Item hoc acto inter eos ex pacto videlicet quod si dictus Franceschinus vel sui heredes cessaverint a solutione dicti ficti per sex menses continuos post aliquem terminum quod predicta investita ipso jure sint et esse debeant ipsi presbytero Johanni aperta sine aliqua denunciatione sive renunciatione facienda. Et pro hac investitura fuit confessus dictus presbyter Johannes accepisse et habuisse a dicto

Franceschino capones duos renunciando exceptioni non accepte investiture et renunciaverunt ad invicem omnibus probationibus testium contra predicta omnia et singula. Et inde dicti contrahentes hanc cartam et plures uno tenore fieri rogaverunt.

Interfuerunt presbyter Henricus . . . . Gulielmus de veneto et Bertraminus de campexe filius Dondi inde testes.

Ego Petrus sedacius notarius hanc cartam mihi jussam fieri tradidi et scripsi.

Ego Henricus de dorata notarius hanc cartam jussu suprascripti Petri sedacii notarii scripsi.

1341, 4 dicembre.

X. *Statuti del Capitolo Cattedrale di Pavia emanati dal canonico Mascarino Tacconi vicario generale del vescovo Giovanni IV.*

Nos Mascharinus de Tachonibus Canonicus Papiensis Generalis Vicarius Reverendi Patris et Domini Domini Johannis Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Papiensis considerantes ex debito nostri officii nos teneri invigilare circha remedia subditorum eo quod dum eorum excutimus onera, Domini scandala removemus, Nos in eorum quiete quiescimus et fovemur in pace. Inde est quod cum quedam dubia et questiones orta et orte essent inter canonicos dicte Ecclesie super quibusdam statutis olim editis a bone memorie quondam domino Guidone de languscho Dei gratia tunc Episcopo Papiensi (*) nec non et super curis prebendarum ejusdem ecclesie olim ordinatis seu aprobatis a venerabili Patre domino fratre Isnardo Patriarcha antiocheno et tunc predicte Ecclesie administratore: Volentes per alia statuta seu constituciones omnem dubitationem et questionis materiam amputare infrascripta statuta ordinamus et facimus de voluntate et consilio infrascriptorum canonicorum, videlicet dominorum Joannis de canibus Prepositi: Henrici archipresbiteri: presbiteri Thome cantoris: Ottonis de albaritiis: Facii de buseto: Bernardi lanarii: Isnardi de Avianis: Bergondii de campise: Presbiteri Percivali de zaganis canonicorum ejusdem ecclesie majoris.

(*) V. Robolini *Notizie ec.* vol. IV. part. II. pag. 65.

1. Videlicet statuimus et ordinamus quod in ipsa ecclesia sint et esse debeant dignitates quatuor prout hactenus esse consueverant: Videlicet Archidiaconus qui sit diaconus, Prepositus qui sit diaconus aut presbiter, Archipresbiter qui sit presbiter, et Cantor qui sit etiam presbiter.

2. Item quod predicti Archidiaconus, Prepositus, Archipresbiter, et Cantor habeant prebendas et optare possint sicut alii canonici ejusdem Ecclesie secundum formam dictarum curarum olim editarum in ipsa ecclesia a dicto domino Patriarcha et administratore prefato.

3. Item quod Archidiaconus habeat quolibet anno pro sua prerogativa loco spialte et feni que consueverat habere pro uno equo tenendo ad usum capituli florenos quatuor auri de bonis dicti Capituli quos solvere teneatur anno quolibet in festo omnium Sanctorum ejusdem ecclesie camerarius.

4. Item quod Prepositus ejusdem ecclesie loco simile pro predictis causis recipiat florenos quatuor auri, Archipresbiter vero simili modo recipiat a dicto camerario libras octo papienses, et hoc pro eo quia non debebat tantum recipere a dicto capitulo pro equo tenendo quantum Archidiaconus et Prepositus supradicti, Cantor autem de gratia percipiat pro prerogativa in dicto festo quolibet anno de bonis Capituli a dicto camerario florenum unum auri, et quod dicti Archidiaconus, et Prepositus et Archipresbiter ad equos tenendos ad usum Capituli de cetero minime teneantur.

5. Item quod Prepositus habeat libras quinque papienses pro investituris.

6. Item statuimus quod residentia personaliter fieri debeat et unusquisque canonicorum incipiat in festo proximo omnium Sanctorum, et sic continuare debeat per sex menses immediate sequentes; si autem continget aliquem canonicorum aliquo spatio istorum sex mensium abesse, possit ipsam tempore aliorum sequentium sex mensium supplere istos sex menses, et si residere non posset justa causa interveniente habeat totam prebendam et si predicto modo residentiam non inceperit amittat prebendam suam proxime futuram, etiam si aliquis reciperetur in canonicum post dictum festum omnium Sanctorum.

7. Item statuimus quod canonicus intelligatur residere si intra claustrum ecclesie jacuerit et in eodem claustro comederit et interfuerit divinis, alioquin pro absente habeatur, vel si fuerit

in servitio episcopi, ita tamen quod non sint ultra duos, et hoc quantum ad corpus prebende hoc salvo quod intelligatur residere quo ad omnia quamdiu exercuerimus dicti vicariatus officium.

8. Item statuimus quod si aliquis canonicorum noluerit residere spatio sex mensium predictorum amitat totam prebendam suam et veniat in comuni in hunc modum prout continetur in capitulis infrascriptis.

9. Item statuimus et ordinamus quod fructus et proventus prebendarum canonicorum absentium qui debebant et consueverant dividi inter presentes et fructus et redditus terrarum et possessionum quas habet ipsa ecclesia in loco et territorio Brone que fuerunt ecclesie sancti Leonardi dividantur per modum distributionis per prepositum si fuerit presens aut per sacristam absente preposito aut per camerarium, videlicet quod quilibet canonicus qui interfuerit matutinis, missis et vesperis in ipsa ecclesia pro illis temporibus quibus interfuerit suam percipiat portionem et tertium plus recipiatur pro matutino quam pro missa et vesperis.

10. Item statuimus et ordinamus quod canonicus qui non interfuerit matutinis in primo hymno matutini ferie vel festivitatis amitat portionem sibi debitam pro illo matutino, qui vero non interfuerit misse conventuali in primo chirieleyson amitat portionem suam sibi debitam pro illa missa, et qui non interfuerit vesperis in primo Gloria patri amitat portionem suam debitam que sibi deberetur ratione dicti officii vespertini.

11. Item statuimus et ordinamus quod sacrista sive cantor vel alius pro ipsis teneatur et debeat per totum annum notare et scribere illos qui non interfuerint horis predictis, qui habeat pro suo labore et remuneratione libras tres papienses de bonis dicti capituli.

12. Item quod canonicus a predictis excusetur ratione infirmitatis de qua stetur conscientie ipsius, aut alia rationabili causa, de qua stetur declarationi archidiaconi prepositi archipresbiteri vel majoris partis eorum seu pro evidenti utilitate Capituli vel ipsius ecclesie esset absens.

13. Item statuimus et ordinamus quod quotidie dicatur matutinum diei Prima Tertia Missa Sexta Vespere, et in quadragesima completorium cum nota, et quod unusquisque faciat septimanam suam in ordine suo secundum curas prebendarum et quod quisque canonicorum possit deservire per alium canonicum in or-

dine in quo est, et si negligens esset quod tunc sacristanus faciat deservire expensis ipsius scilicet de ipsis distributionibus vel de aliis proventibus aliunde quam de corpore prebende obvenientibus, et qui celebraverit missam habeat soldos tres, qui dixerit evangelium soldos duos sive serviat in aparatu sive non, dummodo serviat usque ad finem misse, idem de subdiacono.

14. Item statuimus et ordinamus quod quotidie dicatur missa major in ecclesia cum diacono et subdiacono.

15. Item statuimus et ordinamus quod Archipresbiter in festivitatibus Apostolorum et in aliis solempnitatibus et festis quotiens episcopus celebrare deberet, si presens esset, debeat missam celebrare conventualem cum diacono et subdiacono si dictus Archipresbiter voluerit, alioquin septimanarius faciat.

16. Item statuimus et ordinamus quod quotienscumque Episcopus celebraverit in ecclesia majori quod Archipresbiter sibi deserviet in altari loco Presbiteri, Archidiaconus loco diaconi, Prepositus loco subdiaconi.

17. Item statuimus et ordinamus quod omni die lune, nisi fuerit solemne festum, conventualis missa dicatur pro defunctis cum diacono et subdiacono vel saltem cum subdiacono inducto superpellicio.

18. Item statuimus et ordinamus quod quatuor anniversalia fiant in anno secundum quatuor tempora tam in missa quam in elemosina secundum dispositionem archipresbiteri vel cantoris et camerarius teneatur dare pro quolibet canonico qui interfuerit soldos duos.

19. Item statuimus et ordinamus quod omni die sabbati dicatur in choro conventualis missa solempniter cum diacono et subdiacono de beata Virgine.

20. Item statuimus et ordinamus quod omni die lune nisi fuerit festum dicatur in choro missa solemnis pro mortuis.

21. Item statuimus et ordinamus quod quilibet canonicus sive capellanus in his que pertinent ad offitium ecclesie ut puta legere vel cantare debeat esse obediens cantori vel ei qui tenuerit vicem cantoris, victatoria vero per canonicos cantentur vel per capellanos diebus solempnibus, aliis autem diebus per capellanos, mansionarii vero nullo modo serviant ad altare vel circha altare nisi habeant cottas albas sine patitis cum sitularibus et sine tabaris, ordinamus etiam quod dicti canonici nullo modo intrent chorum tempore officiorum nisi in cottis albis vel capis nigris.

22. Item statuimus et ordinamus ut in omnibus festivitatibus solempnibus quod nullus in Ecclesia incipiat canere psalmum nisi prius intonatus fuerit a septimanario usque ad medium versum et conseculi secundum quod dispositi sunt in sedibus incipiant antiphonas.

23. Item statuimus et ordinamus quod quicumque de fratribus noluerit ire ad processiones ordinatas sive intra ecclesiam sive extra ecclesiam perdat quod in illa processione lucratus fuisset et quotienscumque fiunt habeant soldos duos a camerario.

24. De infirmis autem residentibus qui jacuerint intra portas canonice vel ibi fuerint licet iverint alibi ad jacendum, statuimus et ordinamus ut si ita infirmi fuerint quod nec sua nec aliena possint negotia procurare, in omnibus pro presentibus habeantur donec infirmi fuerint, si tamen vadant extra portas canonice vel stent in claustro vel exierint extra domum ad quam fecerint se portari, prosit eis indulgentia et pro presentibus habeantur. Similiter statuimus de minutis videlicet ut in die minucionis jam celebrate et sequenti et tertia in matutinis et aliis horis per tres dies continuos habeant indulgentiam. Hoc idem statuimus de illis qui fuerint in servitio ecclesie de voluntate prepositi et capituli scilicet ut in omnibus pro presentibus habeantur.

25. Item statuimus ut nullus canonicorum presumat servire altari sine sitularibus et caligis vel ocreis, nec adscendere pulpitum ad officium hebdomarii faciendum, videlicet causa legendi vel cantandi similiter nec ad lectorile quod est in medio chori videlicet in die in missis et vesperis similiter nec in complectorio in quadragesima.

26. Item statuimus et ordinamus ut nullus canonicorum presumat adscendere pulpitum ad legendum aliquam lectionem vel epistolam vel evangelium nisi primo previderit in die.

27. Item statuimus et ordinamus ut Archipresbiter si fuerit presens in festis solempnibus det ad lectiones benedictiones si vult, in aliis vero diebus et festis possit dare alius Presbiter canonicus vel etiam ipsis diebus.

28. Item statuimus et ordinamus quod schilla per aliquam horam antequam matutinum Beate Marie Virginis incipiatur et per lapsum alicujus spatii iterato pulsetur et postmodum matutinum Beate Virginis Marie incipiatur, in missa vero pulsetur schilla predicta per aliquam horam antequam incipiatur tertia et post lapsum alicujus spatii iterato pulsetur, et post

secundam pulsationem incipiatur tertia, idem fiat in vesperis quod antequam vespere incipiantur pulsetur schilla et post lapsum alicujus spacii iterato scilla pulsetur et post ipsam pulsationem vespere incipiantur.

29. Item statuimus et ordinamus ut sint duo mansionarii qui iacere debeant in sacristia.

30. Item statuimus et ordinamus ut nullus de custodibus presumat stare cum aliquo canonicorum.

31. Item statuimus et ordinamus ut quicumque canonicorum qui residentiam fecerit in claustro si contingerit eum exire claustrum ex quacumque causa debeat portare capam vel mantelum seu tabarum.

32. Item statuimus et ordinamus quod capellani non possint recipere aliud beneficium nec etiam receptum retinere nisi continuam fecerint residentiam, alioquin sint capellania ipso jure privati et in continenti eligatur alius capellanus per capitulum infra decem dies, capellani vero qui jacuerint extra claustrum de voluntate capituli dummodo intersint horis diurnis residentes putentur et teneantur dicti capellani juxta dixpositionem defunctorum qui ordinaverint capellanos dicere missas pro defunctis et interesse continue horis canonicis cum cotta alba cum canonicis dicte ecclesie et in dicta ecclesia continue residere, et ad hoc adstringantur per sacramentum cum quibus etiam non possit dispensari super premissis, et quod non possint se absentare absque licentia majoris partis capituli, salva semper dispositione defunctorum, ita tamen quod prepositus vel camerarius ipso absente possit dare licentiam capellanis per tres dies.

33. Item statuimus et ordinamus quod predicti capellani debeant esse in ecclesia ad omnes horas cum canonicis et nisi fuerint puniantur arbitrio prepositi vel capituli.

34. Item statuimus et ordinamus quod habeant de comuni coquina ligna salem herbas et legumina sicut consuetum est, et fiat dicta coquina de bonis dicti capituli.

35. Item statuimus et ordinamus quod omnes redditus capituli et proventus remaneant in comuni pro coquina et aliis necessitatibus, et quod de predictis nihil dividatur nisi de consensu majoris partis capituli scilicet canonicorum residentium.

36. Item statuimus et ordinamus quod elimosina fiat omni die de comuni pro qua fienda deputamus modios septem sichalis et modios tres milii et detur omni die quo usque duraverit.

37. Item statuimus et ordinamus quod nullus canonicorum comedentium extra vel intus canonicam possit facere exportare cibum ad opus sui vel alterius qui factus fuerit in coquina de comuni, et quod nullus canonicorum qui steterit extra canonicam possit facere decoqui cibum in coquina de comuni ad portandum extra nisi justa causa intervenerit videlicet infirmitatis, excepto si aliquis canonicus esset vicarius domini Episcopi et moraretur et comederet in edibus episcopalibus.

38. Item statuimus et ordinamus quod prebende quas modo tenent canonici ita possideantur per eos ut nunc possidentur videlicet quod possint adoptare pro ut in curis continetur.

39. Item precipimus quod habeant sacristam unum qui habeat annuatim de comuni soldos quadraginta papienses, cujus officium duret per annum et qui semel fuerit non astringatur in anno sequenti ordinando et precipiendo ut quicumque canonicorum de cetero eligetur in sacristam recipiat illud officium sub pena librarum quinque que aplicentur sacristie qui coligat redditos deputatos sacristie et nullus alius de canonicis inde se intromitat, qui sacrista de receptis dicto capitulo teneatur reddere rationem saltem in fine anni.

40. Item statuimus ordinamus et precipimus quod habeant duos camerarios unum videlicet pro solario ad coligendum recipiendum et conservandum ac etiam vendendum bladum et ad alia facienda que circha hujusmodi officium pertinere noscuntur, et alium pro coligendis aliis redditibus et bonis dicti capituli, et pro faciendis expensis que fuerint necessarie coquine et aliis negotiis dicti capituli, camerarius vero dicti solarii teneatur reddere in fine anni et alius camerarius in fine cujuslibet mensis debitam rationem de introitis et expensis dicto capitulo. Qui camerarii habeant pro eorum salario pro quolibet soldos quadraginta et qui fuerit non astringatur anno seguenti, qui vero recusaverit dictum officium solvat capitulo soldos centum dividendos inter canonicos.

41. Item statuimus et ordinamus quod sindici faciant omnes causas canonicorum occaxione possessionis cujuscumque prebende pro quibus necesse fuerit expensis capituli.

42. Item statuimus et ordinamus quod per capitulum non possit nec debeat aliquis canonicorum licentiari quod in absentia seu non completa residentia fructus prebende sue percipiat quo minus remaneant in comune totius capituli.

43. Item excomunicamus in his scriptis omnes et singulos de ipsis canonicis et nihilhominus perjurii exhistant qui iverint ad morandum extra canonicam si prebendam suam secum portaverint receptam contra tenorem istorum statutorum loquentium vel loquentis de residentia facienda.

44. Item statuimus et ordinamus et hoc per juramentum teneantur omnes canonici quod nullum recipiant in canonicum et fratrem proprio motu in eadem ecclesia nisi prebenda vacante ibidem. Et canonici qui contrafecerint sint perjurii et receptio sic facta ipso jure sit nulla, nec ipsi recepto per eum jus aliquid acquiratur.

45. Item statuimus et ordinamus quod ea que fient in capitulo erunt secreta si hoc dictum fuerit et ad hoc teneantur per sacramentum.

46. Item statuimus et ordinamus quod nullus canonicorum debeat comittere fraudem aliquam in rebus spectantibus ad ipsum capitulum comuniter vel divisim et ad hoc teneantur per sacramentum.

47. Item statuimus et ordinamus quod capitulum teneatur continue tenere unum capellanum qui missam continue celebret in santo Johanne de Fontibus ejusdem ecclesie et qui moretur in domibus predicti santi Johannis qui capellanus continue horis canonicis intersit officiis cum canonicis supradictis.

48. Item quod capitulum teneatur et debeat sibi providere quolibet anno de tribus modiis frumenti papie et de una begundia vini et hoc fiat per camerarium dicte ecclesie ante festum omnium Sanctorum.

49. Item quod dictus capellanus habeat redditus et proventus qui exiverint de pecunia dimissa et legata pro una capellania in ipsa ecclesia fienda seu instituenda a quondam domino Mussio de salerna olim dicte ecclesie canonico et cantore, tamen quousque de dicta pecunia fuerit aliqua possessio empta capitulum teneatur et debeat anno quolibet dare ipsi capellano qui pro tempore fuerit libras quatuordecim papienses et dictus capellanus teneatur et debeat pro anima ipsius domini Mussii missam bis vel semel in septimana celebrare.

50. Item statuimus et ordinamus quod canonici et capellani ecclesie memorate teneantur et debeant portare birretum et caputium ad collum, maxime in hyeme dictum caputium.

51. Item quod quolibet die sabbati pro reverentia Beate Marie Virginis dicto complectorio in nota cantetur Salve Regina.

52. Item statuimus et ordinamus quod nullus de absentibus modo fratribus seu etiam presentibus vel qui in posterum recipientur quacumque auctoritate recipiantur ad actus capituli nec etiam de prebenda sua sibi respondeatur modo aliquo nisi primo juraverit tactis sacrosanctis evangeliis per se vel si absens fuerit per procuratorem ad hoc specialiter constitutum attendere et observare ordinationem presentem, quod juramentum extendi volumus et ad residentiam que semper incipiatur in festo omnium sanctorum et ad comunem coquinam tenendam et ad elemosinam faciendam et ad camerarios quod bona fide scribent illos qui facient residentiam et ad prebendas non expectandas et ad non recipiendos canonicos ad prebendam non vacantem, et ad secretum capituli tenendum si hoc dictum fuerit et ad fraudem non comittendam et ad capitulum quod non possit licentiare aliquem canonicum quod in absentia percipiat prebendam suam salva in omnibus predictis statutis et quolibet predictorum auctoritate sedis apostolice et dicti domini nostri episcopi papiensis et successorum suorum et nostra, non obstante aliquo sacramento ad alia statuta que non sunt specificata in presenti statuto non extendatur juramentum et ad non eligendum nec recipiendum aliquem canonicum et quod prebenda non debet assignari nisi etate legiptima, ea omnia concurrerint que continentur in statuto quod incipit, *Item cum nullus.*

53. Item cassamus irritamus et nullius volumus esse momenti omnia statuta seu constitutiones predecessorum dicti domini nostri episcopi in predicta ecclesia papiensi edita ordinata et facta que in scriptis nostris statutis non recipiantur inserta curis prebendarum exceptis olim editis seu aprobatis per bone memorie quondam dominum fratrem Isnardum tunc patriarcham antiochiensem et prefate nostre ecclesie administratorem et per capitulum ejusdem quas curas cum moderationibus in statutis supradictis per nos editis et factis confirmamus et aprobamus et ipsas obtinere volumus roboris perpetui firmitatem.

54. Protestamur etiam quod per ista statuta vel aliquod predictorum nullum prejudicium fiat canonicis cum quibus per dictum dominum episcopum seu venerabilem virum dominum Franciscum de varano olim ejusdem domini episcopi vicarium fuerit dispensatum super residentia et receptione prebendarum suarum sive fructuum aut alias qualitercumque et quomodocum-

que, quia dictis dispensationibus per predicta statuta nolumus modo aliquo derogare.

55. Item quod nullus eligi vel recipi debeat in canonicum nec eidem prebenda debeat assignari, nisi fuerit etatis legiptime et sufficientis vel saltem competentis scientie ac vite et moribus commendandus existat et in curis prebendarum dicte ecclesie contineatur quod nullus eligatur seu recipiatur in canonicum nisi fuerit talis qui ad ordinem seu prebendam ad quam eligitur seu recipitur infra annum valeat promoveri. Declaramus statuimus ordinamus et confirmamus quod nullus de cetero per capitulum dicte ecclesie eligatur in canonicum seu recipiatur vel provideatur alicui nisi fuerit talis: videlicet etatis legiptime competentis scientie scilicet in literatura et cantu ac moribus et vita commendandus et quod possit infra annum ad ordinem seu prebendam ad quam electus seu receptus fuerit, se canonice facere promoveri: alioquin quod electio et receptio taliter facta sit irrita ipso jure et eligentes vel recipientes ea vice sint eligendi et recipiendi ipso facto potestate privati et electio seu provisio de prebenda et canonicatu ad alios qui non peccaverunt vel ad dictum dominum episcopum successores ipsius seu ad nos si omnes fuerint in culpa ipso facto absque mentione aliqua devolvatur, et eligentes scienter talem scilicet indignum pena perjurii puniantur nisi per dominum episcopum aut per nos aut per alterum ejus vicarium generalem cum canonicis predictis seu successoribus esset dispensatum. Retinentes dicto domino episcopo ejusque successoribus ac nobis plenam et liberam potestatem predicta statuta et quelibet predictorum ac quelibet contenta in ipsis corrigendi interpretandi addendi et diminuendi ac etiam ipsa et quelibet ipsorum revocandi et mutandi super ipsis et quolibet ipsorum dispensandi totiens quotiens eidem domino episcopo et successoribus et nobis videbitur expedire juramento quolibet a canonicis ejusdem ecclesie prestito non obstante, ad quod juramentum dictos canonicos quotiens per dominum episcopum vel ejus successores aut per nos aliquod super predictis statutis vel aliquo predictorum statutum seu ordinatum aut additum vel diminutum seu dispensatum fuerit teneri volumus nec ipsos volumus ad ejus observationem modo aliquo obligari.

56. Supradicti domini prepositus et canonici approbaverunt ratificaverunt et rata habuerunt statuta supradicta et ipsa obser-

vare promiserunt et ad sancta Dei evangelia juraverunt se servaturos illa que ipsos astringunt juramento scilicet que sunt expressa in statuto quod incipit: Item statuimus et ordinamus quod nullus de absentibus modo fratribus seu etiam presentibus etc. (*vide num.* 52) mandantes mihi Rolandino notario infrascripto de predictis omnibus et singulis unum et plura conficere publica instrumenta. Actum in sacristia majoris ecclesie papiensis supradicte, anno a nativitate domini millesimo trecentesimo quadragesimo primo nona indictione die martis quarto mensis decembris hora mane presentibus Presbitero Johanne de mallavaccha et Presbitero Antonio de dorata capellanis dicte majoris ecclesie inde testibus vocatis atque rogatis.

Ego Rolandinus de Sistis papiensis publicus imperiali auctoritate notarius ac episcopalis curie papiensis scriba supradictis omnibus et singulis una cum suprascriptis testibus dum agerentur in suprascripta sacristia presens interfui, eaque de mandato supradictorum dominorum Vicarii, Prepositi et Canonicorum in formam hujus publici Instrumenti redegi atque subscripsi signoque consueto signavi in testimonium premissorum.

1342, 7 gennajo e 29 marzo.

XI. *Giuramento prestato da due Canonici della Cattedrale di osservare gli statuti capitolari emanati il 4 dicembre* 1341 *dal Vicario generale vescovile Mascarino Tacconi.*

In nomine domini amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo quadragesimo secundo indictione decima die lune septimo mensis Januarii hora quasi nocte in presentia venerabilis viri domini Mascharini de Tachonibus Canonici ac Vicarii supradicti constitutus dominus Johannes de beccaria canonicus dicte majoris Ecclesie certificatus per dictum dominum vicarium et me notarium infrascriptum de supradictis statutis et maxime de statuto in quo sunt expressa illa que supradictos Canonicos astringunt juramento quod incipit: Item statuimus et ordinamus quod nullus de absentibus modo fratribus seu etiam presentibus etc. juravit corporaliter tactis scripturis sacris ad sancta Dei evangelia se servaturum predicta statuta etc. que ipsos astringunt per juramentum maxime ad statutum predictum salvis sibi omnibus dispensationibus et prerogativis eidem factis per dictum dominum

episcopum et competituris occaxione studii et studentibus. Actum super gradum Sancti Stephani majoris ecclesie papiensis presentibus domino Francischino de christianis Juris perito et Zanino de asiliano famulo dicti domini Vicarii testibus ad premissa specialiter vocatis atque rogatis.

Eisdem anno et indictione die veneris vigesimo nono mensis martii hora none in presentia supradicti domini Mascharini Vicarii ut supra constitutus dominus Jacobus maratus canonicus dicte majoris ecclesie certificatus per dictum dominum vicarium per me notarium infrascriptum de statutis supradictis et maxime de statuto supradicto in quo sunt illa expressa que suprascriptos canonicos astringunt, juramento juravit corporaliter tactis scripturis ad sancta Dei evangellia se servaturum predicta statuta ut supra juraverunt se servaturos supradicti canonici. Actum in episcopali palatio presentibus Rosanino de campixe, Zanino de Asiliano famulo dicti domini vicarii testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Ego Roladinus de Sistis papiensis publicus imperiali auctoritate notarius ac episcopalis curie papiensis scriba has cartas de mandato dictorum dominorum vicarii et canonicorum mihi fieri jussas in formam hujus publici instrumenti redegi atque scripsi signoque consueto signavi in testimonium premissorum.

1346, 1 agosto.

XII. *I mansionarii della Cattedrale col consenso ed intervento dei Canonici investono Allegrina Meglarina di 12 pertiche di vigna situata nel luogo appellato Monte Bonone.*

Anno a nativitate domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto. Indictione quartadecima die Martis primo mensis Augusti hora octava. In Papia videlicet in claustro majoris ecclesie papiensis Zanotus placentinus et Jacominus Vegius mansionarij majoris ecclesie papiensis presentibus volentibus et infrascriptis omnibus et singulis consentientibus dominis Henricho de lombardis archipresbitero dicte majoris ecclesie papiensis, presbitero Thome cantore dicte majoris ecclesie, Bernardo de lanariis, Mascharino de tachonibus, presbitero Precivalo et Morando de Folpertis canonicis dicte majoris ecclesie qui sunt plus quam due partes canonicorum dicte ecclesie in eadem residentiam facientes

ut confitebantur, nomine et a parte dicte mansionarie non novam investituram faciendo et potius veterem seu veteres investituras factas de infrascripta vinea confirmando et innovando, investiverunt ad fictum et nomine ficti dominam Alegrinam filiam quondam Guillelmi meglarini mulinarij et uxorem Leonardi de vescovaria filii Androni. Nominative de perticis duodecim vinee in filagnis positis et jacentibus in campanea papiensi in presa subtana ubi dicitur: in monte bonono. Cui coherent a mane Michael de laripa. A meridie marchesius Guechus in parte et in parte heredes quondam Recornelli de sunascho et in parte Ubertinus de lanariis a sero heredes quondam Michaelis vascami. Et a nulla hora strata publica sive ibi alie et alie sint coherentie. Et sive plus minusve sit. Cum accessibus ingressibus et egressibus et omnibus juribus causis et rationibus ipsi vinee ipsisque mansionariis dicto nomine spectantibus et pertinentibus et infrascriptis. Que quidem vinea pervenit in dictam dominam Alegrinam nomine permutacionis et cambij a Petro scutacavallo et filiis sicut in carta ipsius permutationis et cambij facta anno presenti die vigeximo octavo Julij per me Zanonum de Vescovaria notarium infrascriptum continetur. Eo modo quod de cetero dicta domina Alegrina et ejus heredes et quibus dederint preter ecclesie hospitali capitaneo valvasori servo ponti infirmo et loco religioso habeant teneant et possideant dictam vineam et de ipsa faciant exinde quidquid voluerint secundum quod superius et inferius legitur et continetur sine contradictione dominorum mansionariorum dicto nomine et successorum eorum. Et cum eorum dicto nomine et successorum eorum defensione ab omni persona et universitate ac ratione quantum est et erit pro facto et occasione dicte mansionarie tantum et non aliter. Et ita dicti mansionarij dicto nomine convenerunt et promiserunt dicte domine Alegrine attendere et observare. Et versa vice dicta domina Alegrina convenit et promisit dictis mansionariis nomine dicte mansionarie et successoribus eorum dicto nomine recipientibus . . . . . . eis dicto nomine dare solvere et reddere fictum et nomine ficti de dicta vinea in festo sancti Martini proxime futuro. Et deinde semper omni anno in festo sancti Martini soldos quinque papienses denarios in denariis numeratis symul cum expensis omnibus que fierent modo aliquo ab aliquo terminorum in antea predicto ficto petendo et exigendo in antea. Credendo inde eis dicto nomine in ejus et eorum dicto sine sa-

cramento faciendo de expensis que inde modo aliquo fierent pro dicto ficto petendo et exigendo prout dicte domine Alegrine dixerint. Et pro predictis omnibus et singulis firmiter attendendis solvendis et observandis dicta domina Alegrina obligavit dictis mansionariis nomine dicte mansionarie recipientis omnia sua bona. Hoc acto inter dictos mansionarios dicto nomine ex una parte et dictam dominam Alegrinam ex alia. Videlicet quod si dicta domina Alegrina vel ejus heredes seu quibus dederint de cetero aliquo tempore dictam vineam vendere vel alienare voluerint prius dictis mansionariis dicto nomine et suorum successorum requirere debent si emere voluerint. Et si emere dicto nomine voluerint eis dicto nomine dare pro minus soldis viginti papiensibus quam ab alio bona fide habere potuerint. Et si emere et habere noluerint tunc infra quindecim dies proxime post requisixionem eis dicto nomine factam vendant et dent cui vel quibus voluerint preter superius exceptatis personis et locis ad supradictum fictum omni anno dandum et solvendum dictis mansionariis dicto nomine. Et ad predicta omnia et singula attendenda et observanda et ad dandum et solvendum ille qui emerit vel in quem pervenerit pro investitura de qualibet libra pretii denarios duodecim papienses. Et pro hac investitura fuerunt confessi dicti Zanotus et Jacominus mansionarij dicto nomine versus dictam dominam Alegrinam se dicto nomine accepisse et habuisse ab ea libras quatuor et soldos quindecim papienses denarios in denariis numeratis. Renunciantes dicti mansionarij dicto nomine versus dictam dominam Alegrinam exceptioni non accepte investiture predicte. Demum dicte partes renunciaverunt ad invicem omnibus probationibus et productionibus testium contra predicta omnia et singula per pactum. Et inde dicti mansionarij dicto nomine et predicto consensu et dicta domina Alegrina hanc cartam et plures uno tenore fieri rogaverunt.

Interfuere presbiter Jacominus de adame rector et minister ecclesie sancti Marchi papie, presbiter Antonius de Viata et presbiter Octo de gueraprodis capellani dicte majoris ecclesie papie inde testes.

Ego Zanonus de Vescovaria imperiali auctoritate publicus papiensis notarius predictis interfui et hanc cartam michi fieri jussam et rogatam tradidi et scripsi.

1346, 29 dicembre.

XIII. *Il Canonico Ansermino Cristiano sindaco del Capitolo cattedrale mediante licenza vescovile concede in affitto al nobile uomo Corradino Beccaria alcune pertiche di terra situate presso il castello di Monte Calvo.*

In nomine domini amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo quadragesimo sexto indicione quartadecima die jovis vigesimonono mensis decembris hora mane. Quoniam Reverendus in Christo pater et dominus dominus frater Petrus Dei et apostolice sedis gratia Episcopus papiensis visa et diligenter examinata infrascripta peticione ei data et porecta pro parte capituli majoris ecclesie papien. in ipsa peticione contenta cedere ac verti in utilitatem et comodum ecclesie supradicte prout fidedignorum testimonio percepit, Ideircho predictus dominus Episcopus auctoritate qua fungebatur dedit et concessit liberam licentiam et auctoritatem canonicis et capitulo suprascripte ecclesie possendi facere et faciendi locationem sive investituram contentam in dicta peticione et de rebus et ad terminum et pro ficto eciam in ipsa peticione contentis ac Conradino infrascripto ipsam recipiendi per modum et formam contentos in ipsa peticione non obstantibus aliquibus juribus statutis vel constitutionibus sinodalibus ecclesie papiensis, super quibus cum dictis canonicis capitulo et Conradino hujus publici instrumenti tenore auctoritate qua fungebatur dispensavit et dispensat, cujus peticionis tenor talis est: Significat paternitati vestre domine Episcope papien. Anserminus christianus sindacus et procurator sindacario nomine capituli ecclesie papien. quod cum ipsum capitulum habeat certas possessiones juxta castrum montiscalvi nobilis viri domini Conradini de beccaria filii quondam domini Conradini, ubi dicitur in lardariis et in levergenghis de quibus consueverat responderi per ipsum dominum Conradinum dicto capitulo sive illi canonico in cujus prebenda consueverunt esse dicte possessiones libras quinquagintaquinque pap. et nunc dictus dominus Conradinus velit dare et solvere anno quolibet libras octoaginta pap. dumodo locentur sibi pro se et suis filiis ab eo descendentibus masculis tantum usque ad quadraginta annos et non reperiatur aliquis qui velit ipsas possessiones recipere seu

alias absque ipsius voluntate laborare. Idcircho dictus sindacus dicto nomine supplicat humiliter et devote dicte vestre paternitati quatenus pro utilitate dicte ecclesie ne dicte possessiones guaste remaneant, vellitis licentiam concedere eidem capitulo, ut non obstantibus quibuscunque constitutionibus sinodalibus seu statutis ecclesie possint dictam locationem facere et dicto Conradino recipere in omnibus vestram auctoritatem super hijs prestando, ipse autem tenetur alevare perticas triginta vinee gragnolate et ipsas cum toto melioramento in fine dicti termini dimitere. De quibus omnibus idem dominus Epicopus jussit fieri hoc publicum instrumentum. Actum in palacio episcopali papien. presentibus presbytero Jacobo butero canonico sancti Johannis donarum papien. Vertollo de rustigaxio et Maltroco de Verona familiaribus dicti domini Episcopi testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Ego Jacominus muricola pap. publicus imperiali auctoritate notarius dictique domini Episcopi scriba hoc publicum instrumentum mihi fieri jussum subscripsi.

Ego Lafranchus de sedaciis notarius hanc cartam jussu suprascripti Jacomini muricule notarii scripsi.

1350, 4 novembre.

XIV. *Pietro VI. (Spelta) Vescovo di Pavia conferma al Capitolo della Cattedrale il diritto delle decime della Città e dei suoi dintorni sino alla distanza di otto miglia riproducendo l' atto di concessione che ne aveva fatto il vescovo Guido II. sino dall' anno* 1110.

Nos Frater Petrus Dei et apostolice sedis gracia episcopus papiensis. Notum facimus universis presens instrumentum inspecturis quod ad suplicacionem nostri Capituli papiensis in quo erant infrascripti videlicet domini Franceschinus de taconibus prepositus Ricardus de butigellis archipresbyter Muntinus de butigellis archydiaconus presbyter Anthonius de dorata cantor Mascharinus de tachonibus Isnardus de avianis Morandus de fulpertis Bergondius de campixe Percivalus de Zaganis Zaninus de coreriis omnes canonici ecclesie majoris papiensis et ad subventionem expensarum necessariarum sacristie majoris ecclesie papiensis in tantum in quantum de jure possumus et non aliter

et in tantum in quantum et non ultra nec aliter nec alio modo infrascripta omnia et singula non sint nec esse reperiantur contra juramentum per nos prestitum Romano Pontifici de non vendendo pignerando alienando nec de novo infeudando possessiones pertinentes ad nostram episcopalem mensam absque Summi Pontificis licentia speciali. Innovamus et confirmamus sponte et ex certa sciencia et non per errorem omnia contenta in instrumento infrascripte investiture et concessionis factarum ipsi ecclesie papiensi per quondam dominum Guidonem tunc Dei gracia episcopum papiensem quod instrumentum in presencia testium infrascriptorum per nos et testes infrascriptos ac notarium infrascriptum inspectum et lectum fuit diligenter non viciatum non canzelatum nec in aliqua sui parte corruptum licet propter vetustatem posset destrui et consumi et propterea confirmacione et innovacione indigeat. Tenor cujus instrumenti de verbo ad verbum sequitur et est talis: Die sabbati qui est sextus kall. Julii in civitate papie inter claustrum canonice domus sancte Marie et sancti Syri presencia bonorum hominum quorum nomina subtus leguntur, per lignum quod in sua tenebat manu investivit et concessit atque permisit donus Guido episcopus predicte ecclesie et civitatis donnum Andream presbyterum et prepositum ipsius canonice ad partem ipsius canonice ad habendum et tenendum et faciendum quidquid pars canonice voluerit nominative de tota illa decima quam ipsa canonica solita est detinere more decime ex parte mane a jam dicta civitate sicut vadit via de sancta Justina ad sanctum Apolinarem usque in rivum merdarolum et sicut est rivus usque ad sanctam Mariam in perticha, et postea ab ipsa ecclesia usque ad mollinum rabiosum. Et ex parte sero sicut vadunt ortora exceptis ortis de sancto Victore de quibus habent decimam usque in ticinum et extrinsecus usque ad octo milliaria sicuti sunt mansi de plebibus et titulis plebium excepta plebe sancti Andree in ponciano que ipsorum canonicorum est de qua similiter investivit et concessit atque permisit nominative tam de terris arabilibus quam non arabilibus et de gerbis runchis et silvis que sunt inter jam dictas coherencias quam ipsi canonici detinent pro se et consortibus eorum exceptis illis decimis que date sunt ex parte ipsius donni Guidonis Episcopi et antecessorum suorum, et exceptis illis quas detinent monasteria donni Salvatoris et sancti Petri celi aurei antiquitus nam aliam decimam omnia

in integrum. Eo modo ut pars suprascripte ecclesie et canonice sancte Marie et sancti Syri habeat et teneat suprascriptam decimam et faciant ad partem canonice et utilitatem ipsius canonice tam ipsi canonici quam et de hinc viventibus in antea quidquid voluerint absque contradicione ipsius donni Guidonis episcopi suique successorum, et espondit se ipse donnus Guido episcopus aut successor ejus de jam dicta decima adversus eosdem canonicos et successores eorum et partem canonice et cui pars ipsius canonice dederit exinde agere aut causare presumpserint et taciti exinde omni tempore non permanserint, vel si apparuerit ullum datum aut factum vel quodlibet scriptum quod ipse exinde in aliam partem fecisset et claruerit tunc componat parti suprascripte canonice penam argenti denariorum bonorum papiensium libras centum. Quidem et ad confirmandam hanc investituram et concessionem accepit ipse donnus Guido episcopus ab eodem donno Andrea presbytero et preposito a parte suprascripte canonice exinde launechild erosnam unam ut hec sua concessio et permissio omni tempore firma permaneat atque persistat. Factum est hoc anno dominice incarnacionis millextmo centeximo decimo, suprascripto die indicione tercia. Ego Guido Dei gracia episcopus subscripsi.

Interfuerunt Albricus advocatus qui dicitur tortus et Nantelmus grogno atque Ugo judex de gambolate et Petrus et Redulphus atque Bonielus et Ardezonus et Raynaldus et Bonus senior et Amedeus testes.

Ego Octo notarius sacri palacii interfui et hoc breve scripsi. Ac eciam volentes indigenciis dicte majoris ecclesie providere ac eciam necessitatibus ad cultum divinum spectantibus quibus non possunt dicti canonici propter tenues et debiles redditus ipsorum et capituli antedicti satisfacere vel providere, cum ipsorum redditus eisdem non sufficiant, dicto capitulo et canonicis in tantum in quantum de jure possumus dummodo suprascripta et infrascripta non sint contra juramentum per nos prestitum ut supra, donamus ex nostra mera liberalitate decimas si que reperirentur non possideri per dictos canonicos que sint infra predictos confines superius in dicto instrumento nominatos, non obstante quod per aliquos tam clericos quam laychos detinerentur occupate exceptis illis que per nos vel per aliquos predecessorum nostrorum reperiantur concesse, de qua vel de quibus decimis nomine dicti capituli investimus per anulum nostrum

quem nostris tenebamus manibus dominum Franceschinum prepositum predictum quam donacionem innovacionem et confirmacionem volumus valere et tenere perpetuo et perpetuam firmitatem habere dummodo non sint contraria nostro juramento ut supra et aliter non. De quibus omnibus et singulis supradictis mandavimus per Pallamidexium Speltam de Verona imperiali auctoritate notarium ac scribam nostrum unum et plura ad cautellam fieri publica instrumenta. Actum Papie in nostro episcopali palacio in camera nostra inferiori millleximo trecenteximo quinquageximo indicione tercia die jovis quarto mensis novembris hora mediarum terciarum presentibus sapientissimis viris dominis Bechario de Becharia, Johanne branchazolo legum doctoribus et Guideto de pischariis utriusque juris perito testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Ego Pallamidexius Spelta de Verona publicus imperiali auctoritate notarius dictique domini Episcopi scriba hoc presens publicum Instrumentum michi fieri jussum tradidi imbreviavi et scripsi meoque signo consueto signavi in testimonium premissorum.

1354, 17 agosto.

XV. *Locazione per nove anni fatta dal Capitolo cattedrale a favore di Giorgio Piscario di fondi situati nel territorio di s. Leonardo di Tossegaria.*

Anno a nativitate domini millesimo tricentesimo quinquagesimo quarto indictione septima die dominico decimo septimo mensis augusti hora none in papia videlicet super gradum Ecclesie papiensis dominus Franceschinus de tachonibus prepositus Ecclesie papiensis presentibus volentibus et ei consencientibus dominis Montino de butigellis archidiacono, presbytero Antonio de dorata cantore, Mascharino de tachonibus, Jacobo sinerato presbytero, Percivallo zagano, Johanne de correriis, Morando de folpertis et Franceschino de albariciis omnes canonici dicte Ecclesie et ipsi domini canonici una cum dicto domino preposito nomine dicte Ecclesie et capituli omnes ad capitulum convocati de mandato suprascripti domini prepositi pro hoc negocio specialiter peragendo et qui domini prepositus et canonici sunt plusquam due partes canonicorum residentium ad dictam Ecclesiam ut di-

cti domini prepositus et canonici dicebant et protestabantur vera esse, investiverunt ad fictum et nomine ficti a calend. augusti proxime venientis usque ad novem annos proxime subsequentes Georgium de piscariis filium quondam domini Johannis nominative de manso uno terre posito in territorio sancti Leonardi de tosegaria ubi dicitur . . . . cui coheret a mane Bernardus astarius in parte et in parte Andrinus gabus et in parte Jacobus de suriascho, a meridie heredes quondam Martini de syclerijs in parte et in parte Bernardus astarius et in parte Andrinus gabbus et in parte Jacobus de suriascho et in parte Perracellus et Georgius fratres de piscariis, a sero suprascripti Bernardus Jacobus et Andrinus et a nulla hora strata. Item de pecia una terre posite et jacentis in dicto territorio ubi dicitur ad clauxetum que est pertice quadragintaquinque cui coheret a mane et a meridie dictus Georgius, a sero monasterium sancti Petri in vincolo et a nulla hora dictum monasterium sive ibi aliter vel alie sint coherentie, quas vero terras et proprietates dictus Georgius habet pro consignatis et demonstratis in dicta quantitate ut supra continetur ut dictus Georgius dixit et confessus fuit versus dictos dominos prepositum et canonicos in presencia Rufinj barachanij notarij et testium infrascriptorum vera esse. Eo modo quod de cetero dictus Georgius et ejus heredes, et non quibus dederint habeant teneant gaudeant et possideant suprascriptas terras et proprietates superius investitas usque ad predictum tempus symul cum accessibus ingressibus et regressibus et omnibus suis juribus et pertineneiis causis et utilitatibus in integrum et de ipsis faciant quidquid voluerint modo et jure imphiteotico sine contradicione suprascriptorum dominorum prepositi et canonicorum nomine dicte Ecclesie et capituli et cum eorum eorumque successorum nomine dicte Ecclesie defensione ab omni persona ecclesia collegio comuni et universitate cum ratione. Et ita dicti domini prepositus et canonici nomine dicte ecclesie et capituli eidem Georgio convenerunt et promiserunt ei attendere et observare. Et versa vice dictus Georgius convenit et promisit suprascriptis dominis preposito et canonicis nomine dicte Ecclesie et capituli eis dicto nomine dare et solvere fictum et nomine ficti de predictis terris investitis in calendis augusti proxime venientis starios tres papienses furmenti. Et de inde omni anno usque ad dictum terminum in dictis calendis augusti starios tres papienses furmenti pulchri novelli et

racionabilis in laude bonorum hominum si discordia inter eos foret conductum quolibet anno in dicto termino ad dictam ecclesiam super solario ipsius Ecclesie expensis proprijs ipsius Georgij. Hoc acto inter eos ex pacto videlicet quod dictus Georgius teneatur et debeat in capite dicti termini dictorum novem annorum dictas terras suprascriptis dominis preposito et canonicis pacifice et quiete ad eorum voluntatem in quantitate predicta dimitere et relassare. Que omnia et singula suprascripta et infrascripta dicte partes inter se ad invicem convenerunt et promiserunt habere et tenere rata grata et firma et attendere et observare et contra non facere nec venire aliqua racione vel causa de jure nec de facto sub pena reffectionis et restitutionis omnium et singulorum dampnorum interesse et expensarum, et pena soluta vel non nichilominus predicta omnia et singula firma perdurent. Credendo partem parti in symplici dicto sine sacramento faciendo de dampno interesse et expensis inde factis prout pars parti dixerit. Et pro predictis omnibus et singulis firmiter et efficaciter attendendis solvendis et observandis dicte partes inter se ad invicem et dictis nominibus obligaverunt omnia eorum bona videlicet dicti domini prepositus et canonici nomine dicte Ecclesie et capituli omnia bona dicte Ecclesie et capituli eidem Georgio, et dictus Georgius eisdem dominis preposito et canonicis omnia sua bona. Et pro hac investitura fuerunt confessi dicti domini prepositus et canonici nomine dicte Ecclesie versus suprascriptum Georgium se accepisse et habuisse ab eo capones duos. Renunciando exceptioni non accepte investiture, et renunciaverunt dicti contrahentes in omni casu omnibus probationibus et productionibus testium contra predicta omnia et singula. Demum dictus Georgius non dolo non vi non metu inductus juravit et jurat predicta omnia et singula ut supra dictum est attendere et observare si Deus ipsum adjuvet. Et inde dicti domini prepositus et canonici dicto nomine et dictus Georgius plures cartas uno tenore fieri jusserunt et rogaverunt.

Interfuerunt Gulielmus de zachono Bertolinus tortus et presbyter Bertramus capellanus Ecclesie papiensis inde testes † ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis scripturis.

Ego Rufinius barachanius notarius hanc cartam mihi fieri jussam tradidi et scripsi.

Ego Marchetus de sedacijs notarius hanc cartam jussu suprascripti Rufiny barachany notary scripsi.

1355, 9 aprile.

XVI. *Atto di donazione fatta da Mussetto Astolfi alla Chiesa di S. Pietro al muro in Pavia.*

Anno a nativitate domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto indictione octava die jovis nono mensis aprilis. In papia videlicet in ecclesia sancti Petri ad murum in presencia et insinuacione Jacomini de astulfis consulis justicie papie Mussetus de astulfis filius quondam Belloni ad presens inter vivos fecit puram meram et inrevocabilem donacionem Magistro Petro de pagano pilizario procuratori et yconomo dicte ecclesie sancti Petri ad murum recipienti et stipulanti nomine et ad partem dicte ecclesie de ficto uno solidorum quadraginta octo papien. denariorum in denariis numeratis et corbelle unius uvarum bone et suficientis in laude bonorum hominum si discordia affuerit tempore vendemiarum de uvis infrascripte vinee si vero affuerint. Quod fictum dari et reddi debet eidem Musseto omni anno in festo sancti Martini per Johannem boldum filium quondam Petri de pecia una vinee que est pertice quatuor posite in campanea pap. in presa mezana ultra vernabulam ubi dicitur ad credarium cui coheret ab una parte Symon de landulfis et ab alia Bernardinus de meda, ab alia heredes quondam Francischi de astulfis in parte et in parte Petrus olearius et ab alia heredes quondam Bonini de mariano in parte et in parte Zuchinus ricius sive plus vel minus sit sive ibi aliter et alie sint coherentie, ac de qua investitura est carta inde facta millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto die tercio mensis novembris per notarium infrascriptum. Et ex causa presentis donacionis dictus Mussetus cessit et datum juris fecit dicto yconomo dicto nomine de omnibus et singulis juribus et accionibus realibus et personalibus utilibus et directis que et quas habebat et ei modo aliquo compettebant seu compectura erant ad petendum et exigendum dictum fictum versus dictum Johannem boldum fictualem et ejus heredes et bona. Et inde ipsum yconomum nomine dicte ecclesie in suum locum posuit et constituit constituens eum nomine ipsius ecclesie procuratorem in rem suam et dando ei ad presens omnia sua jura. Eo modo quod de cetero dictus yconomus nomine dicte ecclesie et ipsa ecclesia et rectores ipsius

ecclesie nomine ipsius ecclesie et pro ipsa ecclesia habeant teneant et possideant et quaxi dictum fictum et dicta jura cessa et donata sine contradicione dicti Musseti et ejus heredum. Et convenit et promisit dictus Mussetus eidem yconomo nomine dicte ecclesie predictam donacionem, et predicta omnia et syngula rata et firma habere et tenere et non contrafacere vel venire aliqua racione vel causa de jure vel de facto sub pena refectionis dampni interesse et expense litis et extra. Et pena soluta vel non nichilominus predicta omnia et syngula firma perdurent, pro quibus omnibus et syngulis attendendis et observandis dictus Mussetus obligavit dicto yconomo nomine dicte ecclesie omnia sua bona. Et renunciavit dictus Mussetus omnibus probacionibus testium contra hec. Et inde dictus consul hanc cartam fieri precepit et dictus Mussetus et dictus yconomus dicto nomine eam fieri rogaverunt.

Interfuerunt Lanterminus de astulfis Bernardus barberius Ubertinus de ferariis de sartirana et Guardus grassagalina Bernardinus de meda et Canestrellus canister inde testes.

Ego Isnardus de tinctoribus papiensis imperiali auctoritate notarius his interfui et hanc cartam mihi fieri jussam et rogatam tradidi et subscripsi.

Ego Mussetus de astulfis notarius hanc cartam jussu suprascripti Isnardi de tinctoribus notarii scripsi.

1376, 8 febbrajo.

XVII. *Locazione novennale fatta dal Capitolo del Duomo a Giovanni Bottigelli di tre pertiche di orto situato nella valle di S. Vittore fuori e presso le mura di Pavia.*

Anno a nativitate domini millesimo trecentesimo septuagesimo sexto indicione quartadecima die veneris octavo mensis februarii hora octave. In papia in sacristia majoris Ecclesie papiensis convocato collecto et congregato capitulo dicte majoris Ecclesie de mandato domini Morandi de folpertis prepositi dicte Ecclesie in quo capitulo erant et sunt dictus dominus prepositus et domini Castellinus rayna archipresbyter, Bertramus de gonsolinis cantor, Johannes de sancto Gregorio, Augustinus de butigellis, Antonius de calvis et presbyter Marchus de belbello canonici dicte majoris Ecclesie, qui domini prepositus archipresbyter cantor et ca-

nonici sunt pars major capituli dicte Ecclesie canonicorum presencium et residencium nullis aliis presentibus et residentibus qui possint et debeant ad capitulum convocari ut dicebant et protestabantur in presencia mei notarii et testium infrascriptorum. Prefati namque domini prepositus archipresbyter cantor et canonici nomine dicte Ecclesie et totius capituli ejusdem investiverunt ad fictum et nomine ficti usque ad novem annos proxime venturos Johannem de butigellis filium quondam Francischi de perticis tribus orti positis in valle sancti Victoris cui coheret ab una parte strata, ab alia Antonius de bexate, ab alia Crefinus barberius, et ab alia Jacobus bulla sive plus vel minus sit et sive ei alie vel aliter sint coherencie, eo modo quod de cetero usque ad dictum terminum dictus Johannes et ejus heredes et non quibus dederint habeant teneant gaudeant, et possideant dictum ortum simul cum accessibus ingressibus regressibus et omnibus suis juribus et pertinenciis in integrum et de ipsis faciant quidquid voluerint sine contradicione dictorum dominorum prepositi et canonicorum et eorum successorum et cum sua et successorum suorum defensione ab omni persona et universitate de jure et ita dicti domini prepositus archipresbyter cantor et canonici nomine dicte Ecclesie et Capituli convenerunt et promiserunt dicto Johanni attendere et observare, et versa vice dictus Johannes convenit et promisit dictis dominis preposito archipresbytero cantori et canonicis nomine dicti capituli eis dare et solvere fictum et nomine ficti de predictis perticis tribus orti in festo sancti Martini proxime venturo libras octo papienses et deinde omni anno usque ad dictum terminum presentis investiture in festo sancti Martini libras octo papienses in denariis numeratis simul cum omni dampno interesse et expensis que inde fient pro dicto ficto petendo, hoc acto inter dictos dominos prepositum archipresbyterum cantorem et canonicos dicte Ecclesie nomine dicti capituli ex una parte et dominum Johannem ex altera parte, videlicet quod si dictus Johannes cessaverit per tres menses continuos post terminum quod non solverit dictum fictum dictis dominis preposito et capitulo quod dicta proprietas cum omni melioramento sit eisdem nomine dicte Ecclesie et capituli et ipsi Ecclesie et capitulo aperta, et nichilominus dictus Johannes ad solutionem ficti retenti teneatur cum effectu. Que omnia et singula dicte partes inter se vicissim et dicto nomine convenerunt et promiserunt rata grata

et firma habere et tenere et ea omnia et singula attendere et observare et non contra facere vel venire aliqua ratione vel causa. Et si ita non attenderint et non observaverint et unaqueque dictorum partium dampnum aliquod vel interesse passa fuerint seu expensas aliquas inde modo aliquo fecerit omnes et totum una pars alteri solvere et restituere promisit in denariis numeratis credendo inter se vicissim et cuilibet agenti nomine dicte Ecclesie in suo dicto sine sacramento faciendo de expensis inde factis prout inter se vicissim dixerunt. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis solvendis et observandis dicte partes inter se vicissim videlicet dicti dominus prepositus archipresbyter cantor et canonici nomine dicte Ecclesie et capituli omnia bona dicte Ecclesie et capituli dicto Johanni, et dictus Johannes omnia sua bona dictis dominis preposito archipresbytero cantori et canonicis nomine dicte Ecclesie recipientibus obligaverunt. Et pro hac investitura fuerunt confessi versus dictum Johannem se recipisse et habuisse ab eo soldos sedecim papienses. Renunciando exceptioni non accepte et non habite dicte Investiture. Et dicti contrahentes renunciaverunt omnibus probationibus testium et omni alii juri contra predicta. Et inde dicti domini prepositus archipresbyter cantor et canonici nomine dicte Ecclesie et dictus Johannes hanc cartam fieri jusserunt et rogaverunt.

Interfuerunt presbyter Rolandus belloricus capellanus dicte majoris Ecclesie, Dominicus de olzate mansionarius ipsius majoris Ecclesie et Lanterminus de malindo fil. quondam Lafranchi inde testes.

Ego Lafranchinus de sedaciis papiensis publicus imperiali auctoritate notarius hanc cartam mihi fieri jussam rogatus traddidi et scripsi.

1379, 11 giugno.

XVIII. *Costituzione del vescovo Francesco Sorriva intorno ai doveri dei canonici della Cattedrale riguardante l' abitazione, la residenza e le divine officiature.*

Franciscus Dei et apostolice sedis gratia episcopus papiensis et comes dilectis nobis in Christo venerabilibus et prudentibus viris dominis Preposito Archidiacono Archipresbitero Cantori Canonicis et Capitulo nostre ecclesie papiensis salutem. In datore

salutis paterna nos convenit intendere cura his qui divinum cultum ecclesiarum et presertim nostre, que subditarum nobis aliarumque est caput et magistra honorem et comodum noscuntur respicere vestrum, ut nostre solicitudinis studio ipsa ecclesia nostra ut vos honoris pariter et utilitatis incrementa sentiatis, sane vestra nobis significatione monstrastis quod pridie in unum capitulariter congregati pro divini cultus augmento ecclesie nostre honore et comodo pariter vestro condidistis et ordinastis statuta hujusmodi tenoris: Primo quod canonici residentes in dicta ecclesia preferantur canonicis non residentibus tam in optione prebendarum quam camerarum canonicorum ipsius ecclesie et ille intelligatur canonicus residens quoad hunc casum optandi qui residentiam inceperit et facerit vel facere potuit per sex menses juxta formam statutorum loquentium de residentia incipienda et facienda. Item quod camere et loca canonicorum non residentium que detinentur per ipsos canonicos ét detinebuntur in futurum in predicta ecclesia non possint disponi nec concedi directe vel indirecte ad habitandum vel utendum per ipsos canonicos absentes aliis personis a capitulo quam ad habitandum et utendum per canonicos residentes, et si ad habitandum vel utendum alteri dederint vel concesserint cameras vel loca predicta ut prefertur, capitulum possit tunc disponere de illis prout ei videbitur. Item quod canonicus qui recipietur de cetero in dicta ecclesia post festum omnium Sanctorum quando residencia incipi debet juxta formam predicte ecclesie nisi tantum tempus supersit post dictam receptionem pacificam usque ad finem anni quod facere possit et faciat continuam vel interpollatam residentiam personalem per sex menses nihil percipiat in illo anno de fructibus prebende sed tunc et eo casu solum habeat de dictis fructibus si fuerint in dicta prebenda florenum unum auri, reliqua vero ad ipsam prebendam spectantia perveniant in capitulo distribuenda prout continetur in statuto quod incipit; Item statuerunt et ordinaverunt quod fructus etc. Si vero residentiam fecerit per sex menses, ut premittitur, habeat tunc prebendam, ab illo vero anno in anthea sit adstrictus statuto disponenti de residentia incipienda in festo omnium Sanctorum et facienda per sex menses ut in ipso statuto continetur. Item quod canonicus dicte ecclesie non percipiat fructus sue prebende nisi prius fuerit promotus ad ordinem sacrum. Item quod canonicus predicte ecclesie qui optare voluerit cum casus fuerit optandi, si fuerit re-

sidens optare debeat in capitulo ipsius ecclesie, si vero non fuerit residens optionem factam per eum vel procuratorem suum notificet infra viginti dies capitulo vel preposito ecclesie ipsius aut absente preposito, antiquiori canonico residenti, aliter vero optio facta non valeat ipso jure. Item quod canonicus qui non fuerit in ordine sacro non possit optare nec admitti debeat ad actus capituli donec promotus fuerit in ordine sue prebende ut prefertur. Item quod si contingat dominum episcopum in officiis festivitatum duplicium solemnium vel minus duplicium in predicta ecclesia vel extra ipsam ecclesiam non interesse cum septimana fuerit a parte prepositi, prepositus vesperas matutinum nec non majorem missam in prefatis festivitatibus cum solempniis suis ac cetera offitia solempnia que in predicta septimana, ut premittitur, occurrerint facienda, si voluerit, celebrare debeat excepta septimana archipresbiteri propria, scilicet in septimana proxima immediate sequenti ipsam septimanam archipresbiteri, prepositus possit officia festivitatum predictarum si voluerit celebrare, archipresbiter vero in prefatis festivitatibus cum septimana fuerit a parte archidiaconi, simili modo vesperas matutinum nec non majorem missam cum solempniis suis ac cetera officia que in prefata septimana occurrerint facienda si voluerit, debeat etiam celebrare excepta septimana etiam immediate sequenti dictam septimanam archipresbiteri propriam ut prefertur in qua prepositus predicta offitia si voluerit celebrabit et si predicta offitia dictarum festivitatum ipsi prepositus vel archipresbiter nolluerint aut non potuerint celebrare, alter ipsorum supleat vices alterius si voluerit, alioquin sacerdos hebdomadarius faciat non obstante aliquo statuto vel consuetudine in contrarium facta. Item quod si contingat predictum dominum episcopum in officiis aliquarum festivitatum quandoque interesse intra vel extra ipsam ecclesiam, prepositus primas antiphonas post ipsum dominum episcopum et alia que in officiis et processionibus gradum requirunt incipiet et faciet si voluerit, archipresbiter vero si voluerit semper dicat ultimam lectionem. Item quod prepositus debeat esse presbiter: proptereaque postulastis ut statuta ipsa et ordinamenta per vos pro augmento divini cultus et honore ac comodo prefate ecclesie nostre et vestro condita et ordinata ut prefertur confirmare auctoritate ordinaria et in eis nostrum decretum interponere dignaremur. Nos igitur affectum vestrum quem habere noscimini erga ecclesiam nostram plurimum

commendantes in Domino, attendentes quod secundum varietatem temporum statuta quoque variantur humana petitioni juri consone benigne annuentes predicta statuta et ordinamenta per vos ut asseritis capitulariter ordinata approbamus auctoritate qua fungimur confirmando in eisque nostram auctoritatem interponimus pariter et decretum. In quorum testimonium presens fieri jussimus in formam publici documenti per Albertolum scribam notarium infrascriptum nostrique sigilli ad majorem hujus rei evidentiam appensione muniri.

Datum et actum papie in episcopali nostro palatio papiensi. Anno nativitatis domini millesimo tricentesimo septuagesimo nono die undecimo mensis junii secunda indictione. Presentibus Otorgio de luvino clerico mediolanensis diocesis, Andrea dicto Barberio de mutina, Johanollo de ripa sancti Vitalis cumane diocesis et Gulielmo de malpassatis de montilio familiaribus nostris testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis.

Ego Albertollo de Griffis de Varisio mediolanensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius scribaque predicti domini episcopi hoc instrumentum tradidi registravi et scripsi meum consuetum signum apponens in testimonium premissorum.

1386, 16 ottobre.

XIX. *Il vescovo Guglielmo Centuario esonera il Capitolo della Cattedrale dell' obbligo di pagare ogni anno tre moggia di frumento ed una bonza di vino al capellano della Chiesa di S. Giovanni del fonte.*

In nomine domini amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo sexto Indictione nona die sextodecimo mensis octobris. Reverendus in Christo pater et dominus dominus frater Guilielmus Dei et apostolice sedis gratia Episcopus papiensis et comes atendens quod ex unione hodie de consensu prepositi, archipresbyteri, cantoris, canonicorum et capituli ecclesie papiensis per ipsum dominum episcopum facta ecclesie sancti Johannis de fontibus papien. de capella sancti Cristofori hodie per ipsos prepositum,archipresbyterum, cantorem,canonicos et capitulum executores testamenti et ultime voluntatis condam Antonii dicti guardiani de sancto Nazario de maliolis constructa et dotata super bonis et hereditate dicti cundam Antonii, Ecclesia ipsa san-

cti Johannis est adeo facta locuples quod ex ejus reditibus proventibus et obventionibus unus presbyter cum uno clerico qui sibi assistat et serviat potest congrue et decenter sustentari, quodque reditus et proventus predicti capituli propter guerras, aliasque varias condictiones sunt diminuti multipliciter et deteriorati, pensatisque circumstantiis universis que in talibus rationabiliter debent atendi, statutum vigens in ipsa ecclesia quo cavetur quod capitulum ejusdem ecclesie singulis annis dare teneatur capellano predicte ecclesie sancti Johannis modios tres frumenti et begundiam unam vini, tollit, cassavit, et renovavit, ac cassat et renovat, liberans et absolvens ipsos prepositum archipresbyterum canonicos et capitulum pro se et successoribus suis, dictaque ecclesia a dicto statuto et contentis in eo et ab annua prestatione predictorum modiorum trium frumenti et unius begondie vini fatiendi dicto capellano singulis annis per predictos prepositum, canonicos et capitulum dicte ecclesie papien. et ab omni et toto eo quod predictus capellanus qui nunc est et erit per tempora petere et requirere potuisset et poterit a predictis preposito archipresbytero cantore et canonicis et capitulo dicte ecclesie papiensis vigore statuti predicti et contentorum in eo, et cujuscumque consuetudinis subsecute vigore statuti predicti mandans michi notario ut de predictis publicum conficiam instrumentum. Actum papie in palatio episcopali presentibus presbytero Jacobo de nebiis de burgo prope Bassignanam dioc. papien. domino Francischino filio quondam domini Johannis de Becharia habit. papie et fratre Ludovico de manariis de Cremona ordinis minorum capellano prefati domini episcopi testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis.

Ego Albertolus de griffis de Varisio dioc. mediolan. publicus Imperiali auctoritate notarius et prefati domini episcopi canzelarius rogatus hoc instrumentum tradidi et scripsi.

1387, 12 gennajo.

XX. *Il suddetto vescovo Guglielmo stabilisce varii regolamenti da osservarsi dal Capitolo del Duomo ed intima ai canonici l' obbligo di celebrare la Messa nella Cattedrale minacciandone gravissima pena ai trasgressori.*

Constitutio domini fratris Guliermi Dei et apostolice sedis gratia episcopi papiensis et comitis. Frater Guliermus Dei et apostolice sedis gratia episcopus papiensis et comes dilectis in Christo venerabilibus fratribus nostris capitulo ecclesie nostre salutem et sinceram in Domino charitatem. Cum prout tenemur ex injuncte nobis debite servitutis officio visitaverimus ipsam ecclesiam nostram et degentes in ea et ipsius visitationis scruptinio reperuerimus aliqua reformatione et ordinatione indigentia, infrascriptam reformationem et nostram deliberationem quam una vobiscum fecimus vobis sub sigillo nostro transmittimus, vos per viscera nostre charitatis monentes vobisque in virtute sancte obedientie et sub excomunicationis pena precipiendo mandantes ut reformationem ipsam grato suscipiatis affectu quod eam assedulo observetis et faciatis ab aliis quantum in vobis est inviolabiliter observari ne detis nobis matheriam in transgressores agendi quod faciemus licet inviti ut qualitas exegerit et contemptus. In primis namque cum reperuimus quosdam ex vobis deserentes ipsam ecclesiam nostram, quam pre ceteris in nostris civitate et diocesi in missarum et aliorum divinorum celebratione convenit honorari, ad alias parochiales ecclesias missas celebrare, statuimus et decernimus quod de cetero nullus ex vobis ipsa nostra ecclesia derelicta missas in aliis celebret ecclesiis absque nostra vel successorum nostrorum licentia speciali sub pena arbitrio nostro ferenda quique quotiens nos vel successores nostros in ipsa ecclesia celebrare contingat unusquisque vestrum sit in officio et teneatur in vigore statutorum ejusdem ecclesie sub pena nostro arbitrio ferenda ultra penas in statutis ipsis appositas divinum officium devote dicatur et tractum non precipitantes sed morose, et de cetero in loco et vase decenti atque tuto sub debita clausura Corpus Domini servare curate et de quindena in quindenam hostiam mutare consecratam, fiatque per sacristam et camerarium inventarium de omnibus

rebus tam preciosis et localibus quam prophanis ecclesie comissis et coquine Capituli que ad occultum eisdem sacriste et camerario consignentur quesitis eorum officiis novis offitialibus ad hoc deputatis res ipsas consignare teneantur, sicque de cetero facere teneantur singuli officiales in offitiis memoratis et de gestis per eos singulis mensibus reddere rationem villicationis sue ut quoque singulis hebdomadariis videlicet feria sexta in unum capitulariter intente curetis, et si que occurrerint pro capitulo ipso tractare, tractetis, ut vero melius hoc faciatis cuilibet vestrum qui dicto affuerit capitulo singulis vicibus salarium unum deputamus de bonis omnibus persolvendum, et ut quilibet residere teneatur volumus quod statuta vestra de residentia facienda sanctissime serventur, revocantes omnes dispenzationes per nos aut predecessores nostros in contrarium factas excepta illa vicarii nostri quam volumus in suo robore perdurare, et ne ecclesia sancti Pancratii que est membrum ipsius ecclesie nostre patiatur ruinam quam minatur, vollumus quod fructus et redditus capellarum, que cuicumque non sint collate in titulum, reserventur et in ipsius ecclesie sancti Pancratii reparationem errogentur, vosque sitis solliciti et studiosi in conservandis recuperandis bonis ipsius supradicte ecclesie nostre que per dissidiam et negligentiam vestram occupantur, in premissis vos taliter exhibentes quod apud Deum laudem, et apud nos obsequium de sollicita et devota obedientia promerere possitis, in quorum testimonio presentes registrari fecimus et nostri sigilli munimine roborari, quas volumus ut faciatis in vestris capitularibus registrari ad perpetuam memoriam et perhennem ipsius observantiam.

Datum papiae in episcopali palatio nostro die duodecimo mensis Januarii M. CCC. L. XXXVII. decima indictione.

Ego Albertolus de griffis predicti domini episcopi canzelarius.

1387, 7 marzo.

XXI. *Il Capitolo della Cattedrale di Pavia intima ai Capellani della stessa Chiesa la lettura e l'osservanza dei doveri ad essi prescritti nelle Costituzioni dei due vescovi Guglielmo Centuario e Francesco Sorriva.*

De Capellanis.

In nomine domini amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo tricentesimo octuagesimo septimo indictione decima die septimo mensis martii hora tertiarum in papia videlicet in sacristia ecclesie majoris papiensis deversus gradum altaris beate Marie Virginis. Convocato et congregato ibidem capitulo dicte ecclesie more solito sono campane premisso mandato venerabilis domini Henrici dini prepositi dicte ecclesie in quo capitulo interfuerunt et sunt suprascriptus dominus prepositus, dominus Castelinus rayna archipresbiter predicte ecclesie, dominus Beltramus de gonzolis cantor dicte ecclesie, dominus Castelinus de curte, dominus Augustinus de butigelis, dominus presbiter Marchus de balbello, dominus Johannes de soleria, dominus Ubertus de guacis et dominus Rolandinus de gaudelo omnes canonici dicte ecclesie et qui sunt plusquam due partes capituli predicte ecclesie et convocatis ibidem de mandato suprascripto omnibus capellanis dicte ecclesie majoris papiensis maxime infrascriptis qui ibidem presentes fuerunt et sunt videlicet presbiter Ugerius de camera, presbiter Antonius de butigelis, Federicus de mediis barbis, presbiter Arasmus de zorzonibus, Marcholus de spainis, presbiter Johannes de batucio, Settimus de burgo omnes capellani ut supra, predictus namque dominus prepositus presentia et consensu dictorum dominorum archipresbiteri cantoris et canonicorum nomine dicti capituli et ipsi cum auctoritate et consensu suprascripti prepositi nomine capituli suprascripti et omni jure via modo causa et forma quibus melius potuerunt et possunt presentibus audientibus et inteligentibus suprascriptis capellanis superius nominatis preceperunt et precipiunt Cassanino de Cassanis notario infrascripto quatenus publicare et legere deberet ibidem litteras infrascripti tenoris Reverendi in Christo patris et domini D. fratris Gulielmi Dei et apostolice sedis gratia epi-

scopi papiensis et comitis ejus proprio sigillo sigillatas cera rubra super eis impresso et manu Albertoli de griffis notarii subscriptas nec non et statuta dicte ecclesie nuper facta per bone memorie reverendum in Christo patrem et dominum dominum Franciscum Dei et apostolice sedis gratia episcopum olim papie et immediatum precessorem episcopi nunc papie suprascripti de quibus statutis constat publicis litteris in formam publicam redactis in carta membrana sigillo olim predicti domini episcopi papie appensione munitas et manu suprascripti Albertoli griffi notarii subscriptas per cartam fieri rogatam millesimo tricentesimo octuagesimo quarto die nono mensis januarii quas binas litteras et statuta suprascripta et omnia et singula in eis et quolibet ipsarum contenta Cassanimus de Cassanis notarius infrascriptus ibidem mandato ut supra publicavit et legit de verbo ad verbum prout in ipsis literis et qualibet ipsarum seriosius continetur presentibus audientibus et inteligentibus suprascriptis omnibus et singulis dominis de Capitulo et capellanis superius nominatis. Post quam lecturam dictarum literarum suprascriptus dominus prepositus cum consensu suprascriptorum aliorum de capitulo precepit et precipit suprascriptis capellanis omnibus et singulis presentibus suis et nominibus aliorum absentium quatenus de cetero attendere et observare debeant suprascriptas binas litteras et statuta de quibus supra et omnia et singula in eis contenta prout in ipsis continetur sed in eas presentes que habentur ligare seu tangere ipsos capellanos et hoc sub penis in dictis litteris et statutis contentis, quarum litterarum prefati domini nunc episcopi papie tenor sequitur in hac forma. Frater Gulielmus Dei et apostolice sedis gratia episcopus papiensis et comes dilectis in Christo capitulo et capellanis ecclesie nostre salutem in domino sempiternam. Cum recolende memorie Reverendus in Christo pater et dominus Franciscus olim Dei et apostolice sedis gratia episcopus papiensis immediatus predecessor noster pro bono statu ejusdem ecclesie nostre et divino cultu augumentando in illa certa statuta per vos tunc capitulum condita super residentia facienda per capellanos ejusdem duxerit confirmando ut instrumento dicte confirmationis tradito per Albertolum canzelarium nostrum die nono mensis januarii millesimo tricentesimo octuagesimo quarto ipsaque decreverit observari debere nuperque auribus nostris innotuit quod nonnulli Dei timore postposito negligunt ipsa observare statuta

in animarum suarum periculum et diminutionem divini cultus in ecclesia memorata, Nos rationabiliter attendentes quod parum prodesset condere leges nisi executioni mandentur, tenore presentium vos requirimus et hortamur in Domino vobisque in virtute sancte obedientie et sub excomunicationis pena precipiendo mandamus quatenus predicta statuta in omnibus suis partibus servare et servari facere studeatis et si qui eorum transgressores extiterint nobis intimare curetis, alioquin contra singulos inobedientes et ipsorum statutorum violatores ultra penas in statutis ipsis appositas ad excomunicationis sententiam procedemus, ut dictabit ordo rationis. In quorum testimonio presentes registrari fecimus et sigilli nostri impressione muniri.

Datum papie in nostro episcopali palatio die quinta mensis martii millesimo tricentesimo octuagesimo septimo indictione decima.

Ego Albertolus de griffis suprascripti domini episcopi canzelarius subscripsi. Et inde suprascripti domini prepositus archipresbiter cantor et canonici de dictis publicatione et precepto hanc cartam fieri jusserunt et rogaverunt.

Interfuerunt dominus presbiter Lafranchus de capellis archipresbiter ecclesie arene diocesis papiensis et Maffiolus de castello mansionarius ecclesie majoris papie inde testes.

Ego Cassanimus de Cassanis papiensis publicus imperiali auctoritate notarius hanc cartam mihi fieri rogatam tradidi et me subscripsi.

Ego Jacobinus de fortunago publicus papiensis imperiali auctoritate notarius hanc cartam jussu Cassanini de Cassanis notarii suprascripti scripsi.

Et quarum litterarum antiquarum et statutorum dicte ecclesie majoris de quibus supra in dicta publicatione fit mentio tenor sequitur in hac forma.

Franciscus Dei et apostolice sedis gratia episcopus papiensis et comes, dilectis nobis venerabilibus fratribus nostris preposito archidiacono canonicis et capitulo ecclesie nostre salutem etc. et divini cultus augmentum. Quoniam sacris novimus esse canonibus institutum quod non debet reprehensibile judicari si secundum verietatem temporum statuta quoque variantur humana. Ea propter pro vestra parte nobis exposito quod pridie capitulariter convenientes in unum pro bono et pacifico statu ecclesie nostre et augmento divini cultus infrascripta statuta per-

petuis temporibus duratura condidistis statuistis et ordinastis quorum tenor sequitur in hec verba. In primis statuerunt et ordinaverunt ac statuunt et ordinant quod residentia personalis per capellanos dicte ecclesie in dicta ecclesia fieri debeat et unusquisque capellanorum residentiam incipiat in festo omnium sanctorum et sic continuare debeant per octo menses continuos vel interpollatos infra finem ipsius anni sic incepti, et interesse divinis officiis in dicta ecclesia continue ad horas canonicas cum canonicis videlicet in matutino in primo hymno, in vesperis in primo gloria patri, in missa conventuali in primo kyrie eleison in dictis officiis perseverando et si residere non posset justa causa interveniente de qua stetur arbitrio prepositi et majoris partis capituli, habeat integre fructus sue capellanie et si predicto modo residentiam non inceperit vel inceperit et non continuaverit perdictum tempus octo mensium amitat fructus capellanie sue, qui autem fructus aliquos receperit capellanie sue dicta residentia non facta modo predicto nisi dictos fructus restituerit citra festum omnium sanctorum anni sequentis dicto preposito vel capitulo ipso facto excomunicationis vinculo sit astrictus, facta vero residentia per dictum spatium octo mensium in residuo tempore usque ad finem anni qui non interfuerit in dictis horis videlicet in matutinis in primo hymno, in vesperis in primo gloria patri et in missa conventuali in primo chyrie eleyson justa causa cessante de qua stetur ut supra, amittat pro qualibet dictarum horarum imperiales tres. Item statuerunt et ordinaverunt quod quilibet capellanus debeat interesse ad omnes horas canonicas in festo corporis Christi et per totam octavam nec non et in omni complectorio quadragesime, alioquin qui non interfuerit justa causa cessante de qua stetur ut supra, amittat pro qualibet horarum dictarum imperiales tres. Item statuerunt et ordinaverunt quod predicti capellani esse debeant in omnibus processionibus quotiens continget canonicos et capitulum ipsius ecclesie processiones ordinatas facere intra sive extra ipsam ecclesiam prout et quando dictum capitulum interfuerit ad faciendum dictas processiones alioquin qui non interfuerit justa causa cessante, de qua stetur ut supra, amittat pro qualibet processione soldos quatuor papienses. Item statuerunt et ordinaverunt quod dicti capellani residentes in dicta ecclesia vel existentes in civitate papie debeant missas celebrare et aliis divinis offitiis et singulis horis canonicis predictis inte-

resse in dicta ecclesia in die nativitatis Domini, sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphanie, Pasche, Assensionis, Pentecostes, corporis Christi, festivitatum omnium virginis Marie et depositionis et translacionis Beati Syri alioquin quilibet capellanus qui sic missas non celebraverit vel in dictis divinis offitiis non interfuerit justa causa cessante de qua stetur ut supra amittat pro qualibet missa et pro qualibet hora dictarum trium horarum predictorum dierum soldos decem papienses. Item statuerunt et ordinaverunt quod capellanus inteligatur residere si intra claustrum continue jacuerit dicte ecclesie et in eodem claustro continue comederit et biberit et divinis offitiis interfuerit alioquin pro non residente habeatur nisi absens esset de licentia prepositi et majoris partis capituli. Item statuerunt et ordinaverunt quod nullus capellanus residens intra canonicam possit facere exportari cibum extra canonicam ad opus sui vel alterius qui factus fuerit in coquina comuni, et quod nullus capellanus qui steterit extra canonicam possit facere decoqui cibum in coquina comuni ad portandum extra canonicam nec etiam de coquina comuni extra coquinam exportare possit pena perjurii et vinculo sacramenti sit alligatus ipso facto. Item statuerunt et ordinaverunt quod predicti capellani non possint recipere aliquid beneficium nec etiam receptum obtinere nisi continuam fecerint residentiam in dicta ecclesia, alioquin sint capellania ipso jure privati, capellaniis suis in dicta ecclesia existentibus et in continenti eligatur sive assumatur alius capellanus per capitulum. Capellani vero qui jacuerint extra claustrum de voluntate capituli dummodo intersint horis divinis diurnis residentes putentur et teneantur dicti capellani juxta dispositionem defunctorum qui ordinaverunt capellanias dicere missas pro defunctis et interesse continue horis canonicis cum cotta alba continue cum canonicis dicte ecclesie et in dicta ecclesia continue residere et ad hoc astringantur per sacramentum cum quibus non possit etiam dispensare super premissis et non possint se absentare absque prepositi et majoris partis capituli licentia salva semper dispositione defunctorum. Ita tamen quod prepositus vel camerarius ipso absente possit dare licentiam capellanis per tres dies. Item statuerunt et ordinaverunt quod predicti capellani debeant esse in ecclesia ad divinum officium ad omnes horas canonicas cum canonicis et missas celebrare juxta dispositionem defunctorum qui ordinaverunt capellanias alioquin qui non interfuerint et di-

ctas missas non celebraverint puniantur arbitrio prepositi vel capituli et juxta dictum arbitrum notator teneatur et debeat scribere et notare. Item statuerunt et ordinaverunt quod per prepositum et capitulum assumatur unus notator qui sub debito juramenti scribat et notet per totum annum omnes capellanos qui non interfuerint divinis officiis modo predicto et alias secundum quod debent pro illo tempore quo dicti capellani absentes ex justa causa, de qua stetur ut supra, quod eos notare non debeat, qui notator pro suo labore habeat omni anno florenum unum. Item statuerunt et ordinaverunt quod fructus quod amittent dicti capellani propter eorum absentiam vel negligentiam sive culpam vigore dictorum statutorum ponantur et expendantur in utilitate sepe dicte ecclesie prout dictis preposito et capitulo videbitur expedire. Item statuerunt et ordinaverunt quod pecunia quam amittent dicti capellani propter eorum absentiam vel negligentiam sive culpam vigore dictorum statutorum distribuantur inter ipsos capellanos qui divinis officiis interfuerint secundum quod divinis officiis interfuerint, que per ipsos capellanos remitti non possit cum sic dicta pecunia distribuatur ut dictum est detracto prius salario dicto notatori et a nobis per vos omni instantia debita requisito ut statuta ipsa auctorizare et confirmare debeamus. Nos ipsa inspeximus et examinavimus diligenter et quia reperuimus et comperimus statuta ipsa condita esse et cedere ad augmentum divini cultus ac pacificum et bonum statum ejusdem ecclesie nostre et degentium in ipsa auctoritate qua fungimur omni jure modo via causa et forma quibus melius possumus ipsa statuta et eorum quodlibet admittimus solempniter et confirmamus auctorizamus et approbamus ipsaque precipimus inviolabiter observari sub penis contentis in eis et quolibet eorum. In quorum testimonio presentes fieri fecimus in formam publici documenti per Albertolum scribam nostrum infrascriptum nostrique sigilli ad majorem hujus rei evidentiam appensione muniri.

Datum et actum papie in episcopali palatio nostro anno nativitatis domini millesimo trecentesimo octuagesimo quarto die nono mensis januarii septima indictione presentibus presbitero Georgio de zaganis, Jacobo de nebia de burgo capellanis, Clivasio de nava et Jacobo de mirabilia ambobus de mediolano familiaribus omnibus nostris testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis.

Ego Albertolus de Varisio diocesis mediolanensis publicus imperiali auctoritate notarius scribaque prefati domini episcopi premissis interfui et rogatus hoc instrumentum tradidi et registravi aliisque occupatus negotiis per alium in hanc publicam formam redegi et me subscripsi sigillum predicti domini episcopi et signum meum consuetum in testimonio premissorum apponens.

1395, 9 settembre.

XXII. *Il Capitolo della Cattedrale di Pavia elegge il sacerdote D. Pietro Stanchi di Valenza a Rettore della Chiesa di S. Maria delle mille virtù alla quale era unita la Chiesa di S. Giorgio degli Scanati.*

Anno a nativitate domini millesimo tricentesimo nonagesimo quinto Indictione tertia die nono mensis septembris hora tertiarum in papia videlicet in sacrestia ecclesie majoris papiensis de versus corum sancte Marie. Convocato et congregato capitulo canonice ecclesie majoris papiensis mandato venerabilis viri domini Henrici de dinis juris canonici periti prepositi ecclesie majoris papiensis more solito pro infrascripto negotio specialiter paragendo in quo capitulo interfuerunt et sunt suprascriptus dominus prepositus nec non et dominus Castellinus rayna archipresbyter dicte ecclesie, Johannes de sancto Gregorio, dominus presbyter Marchus de belbello, dominus Bellengius de caneto, dominus presbyter Johannes ferrarius, et dominus presbyter Jacobus de tonsis omnes canonici prebendati dicte ecclesie majoris et qui sunt major et sanior pars dicti capituli residentium in dicta ecclesia. Vacante igitur ecclesia sancte Marie de mille virtutibus papien. cui unita est ecclesia sancti Georgii de scanatis rectore per mortem presbyteri Petri brager. olim immediati rectoris et ministri suprascripte ecclesie sancte Marie de mille virtutibus, quodque considerato per capitulum antedictum, consideratoque et perpensato quod maximum subest periculum ipsam ecclesiam sancte Marie parochialem diu vacare debere rectore propter curam et periculum animarum dictarum ecclesiarum sancte Marie et sancti Georgii, et propter periculum administrationis ipsius ecclesie rerum et jurium ipsius et propter periculum aliorum sepe occurrentium cum omnis vacatio similis

dictis suis ecclesiis et animabus consuevit esse dampnosa et periculosa, consideratoque personam don Ricardi de stanchis de Valencia esse famosam scientificam sufficientem et nobili prosapie et potenti ortam et verisimiliter loco et tempore ipsi ecclesie sancte Marie fructuosam si infrascriptam collationem duxerit acceptandam, merito et omni jure quo melius fieri potest prefatus dominus prepositus dicte ecclesie majoris papiensis suo et nomine aliorum ejus et sociorum de capitulo antedicto presentium ut supra et consentientium et nomine aliorum residentium de capitulo antedicto et totius capituli dicte ecclesie per impositionem unius bireti factam infrascripto presbytero Johanni nomine infrascripto per suprascriptum dominum prepositum suo et dicto nomine factam contulit et confert nomine totius capituli antedicti ad quod ut asserit dictum capitulum ipsa collatio spectat et spectare consuevit per tempora retroacta de jure et antiqua consuetudine presbytero Johanni de albertuccio capellano ecclesie majoris papiensis suprascripte nomine et vice don Ricardi de stanchis suprascripti recipientis rectoriam et administrationem suprascripte ecclesie sancte Marie de mille virtutibus et per consequens et ecclesiam sancti Georgii suprascripti unitam seu unite ut supra cum omnibus bonis proprietatibus et juribus tam spiritualibus quam temporalibus ad ipsam rectoriam et administrationem et ecclesias antedictas sancte Marie et sancti Georgii spectantibus et pertinentibus, seu spectare et pertinere debentibus quovis modo et de ipsis omnibus idem dominus prepositus nominibus quibus supra providit et providet eidem presbytero Johanni de albertuccio dicto nomine ipsumque presbyterum Johannem dicto nomine ibidem presentem et flexis genibus dicto nomine acceptantem investivit et investit per bireti suprascripti impositionem ut supra de predictis omnibus et singulis quem biretum idem dominus prepositus suo et dictorum nominibus in manibus habebat ibidem. Qui presbyter Johannes dicto nomine promisit et promitit suprascripto domino preposito suo et dictis nominibus et capitulo antedicto nomine sue ecclesie et cujuslibet cui interest vel interesse potest, posset vel poterit quomodolibet in futurum se sic curaturum et daturum operam cum effectu quod suprascriptus don Ricardus acceptabit quam citius poterit suprascriptam colationem et suprascripta omnia et promitet solempniter inventarium facere de bonis et rebus suprascripte ecclesie sancte Marie et per consequens sancti Georgii

antedicti et ipsam parochiam et ejus jura res et bona fideliter et sine fraude curabit et administrare custodire et salvare pro posse et reliqua loco et tempore debitis et cui vel quibus debetur inferre et alia facere que facere debebit. Et inde suprascripti dominus prepositus et alii de capitulo presentes predictis suis et nomine aliorum residentium absentium et citatorum ad hoc et totius capituli antedicti dicte ecclesie majoris papiensis et presbyter Johannes suo et dicto nomine cartam de predictis fieri jusserunt et rogaverunt et rogant.

Interfuerunt dominus presbyter Antonius de annelis, presbyter Ruffinus qualia, Isnardus sclafenatus dictus ungarus et Thomainus de barachis inde testes. Eisdem anno et inditione die undecimo mensis septembris hora mane in papia videlicet in sacrestia majoris ecclesie versus gradum sancte Marie convocato et congregato capitulo majoris ecclesie papiensis mandato venerabilis viri domini Henrici dini prepositi dicte ecclesie more solito pro infrascripto negotio specialiter peragendo in quo capitulo fuerunt et sunt suprascriptus dominus prepositus et venerabiles viri domini Rolandinus de gaudello archidiaconus dicte majoris ecclesie, dominus presbyter Guillelmus de aymis cantor dicte ecclesie, dominus Johannes de sancto Gregorio dominus presbyter Marchus de belbello dominus Bellengius de caneto dominus presbyter Johannes de ferrar. et dominus presbyter Jacobus de tonsis omnes canonici dicte majoris ecclesie papiensis et suprascriptus dominus presbyter Jacobus procuratorio nomine domini presbyteri Uberti guacii similiter canonici dicte ecclesie qui omnes sunt plusquam due partes residentium in dicta ecclesia et de capitulo antedicto. Constitutus ibidem don Ricardus de stanchis in presentia dicti capituli et certificatus prius idem don Ricardus per notarium infrascriptum de quadam colatione facta per capitulum suprascriptum, et contentis in illa ecclesie curate sancte Marie de mille virtutibus cui unita est ecclesia sancti Georgii de schanatis presbytero Johanni de albertuccio nomine suprascripti don Ricardi stanchi de qua colatione fuit rogatum instrumentum notario infrascripto anno et inditione et mense presentibus, ad honorem Dei et Genetricis ejusdem idem don Ricardus ratifficavit et ratifficat et acceptat ipsam colationem prius factam ut supra ibique suprascripti dominus prepositus ecclesie majoris presentia et consensu suprascriptorum beneficiatorum et canonicorum dicti capituli et in executione dicte

colationis et in executione presentationis facte dicto capitulo per partem nobilium de porciis dicti presbyteri Johannis de albertuccio nomine suprascripti don Ricardi in casu quo colatio predicta non teneat et reperiatur jus presentandi ut supra, ut supra spectare ad dictos nobiles de porciis et salvo semper jure capituli suprascripte ecclesie majoris papiensis et omni alio jure modo via et forma quibus melius potuit et potest fieri et ipsi cum ipso nomine dicti capituli imposuerunt convenerunt et in mandatis dederunt et dant presbytero Johanni de albertucio capellano dicte ecclesie majoris papiensis presenti et acceptanti quatenus ex parte ipsorum et mandato suprascripti capituli vadat ad dictam ecclesiam sancte Marie de mille virtutibus et ipsum don Ricardum tamquam rectorem ipsius ecclesie introducat et inducat in tenutam et corporalem possessionem et quaxi suprascripte ecclesie sancte Marie de mille virtutibus et jurium et pertinentium ipsius et alia faciendo et fieri ei faciendo que ad talem et similem introductionem et possessionem et tenute corporalis et quam apprehensionem sunt utilia et necessaria et consueta. Et inde suprascripti domini prepositus beneficiales et canonici nomine suprascripti capituli et don Ricardus et presbyter Johannes cartam de predictis omnibus et singulis fieri jusserunt et rogaverunt et rogant.

Interfuerunt Ubertinus de figino, Simoninus de poma, et Ubertinus sclafenatus inde testes. Eisdem anno et inditione die undecimo mensis septembris hora tertiarum vel parum ante in papia videlicet in ecclesia et domibus ipsius se tenentibus cum dicta sancte Marie de mille virtutibus papie dominus presbyter Johannes de albertucio capellanus ecclesie majoris papien. in executione cujusdam comissionis hodie sibi facte ut supra pro parte capituli ecclesie majoris papiensis de qua extat instrumentum rogatum notario infrascripto introduxit et induxit don Ricardum de stanchis rectorem seu tamquam rectorem ecclesie suprascripte sancte Marie de mille virtutibus in tenutam et corporalem possessionem et quam ipsius ecclesie jurium et pertinentium ipsius et domorum predictarum et rerum Inventarii dicte ecclesie quas consignavit presbyter Jeronimus de vegio eidem rectori nomine dicte ecclesie ut in illo continetur incepto dicta hoc et completum hoc descripta inventario ipso, faciendo idem presbyter Johannes comissarius antedictus ipsum don Ricardum tamquam rectorem ut supra aperire et intrare portas et

ostia ipsius ecclesie et domorum de quibus supra et ipsas et ipsa claudere et per ipsas ecclesiam et domum ipsum don Ricardum facere ire et redire, stare et sedere et faciendo ipsum ire ad altare dicte ecclesie et dare et tradere sibi togalias altaris et cordas companarum companilis dicte ecclesie et unius giochinj proin ad sonandum et alia ei faciendo et fieri faciendo per ipsum don Ricardum que ad talem introductionem et possessionem et tenute corporalis et quam et apprehensionem ipsius sunt utilia necessaria et consueta, et maxime dando eidem don Ricardo tamquam rectori ut supra et faciendo ipsum accipere in manibus et gremio ipsius de terra, lapidibus et lignis dictarum ecclesie et domorum et ostiorum seu intratarum in verum signum tenute et corporalis possessionis et quam apprehense de predictis et introductis ed inductis de quibus supra. Et inde suprascripti domini presbyter Johannes de albertucio et don Ricardus cartam de predictis fieri jusserunt et rogaverunt et rogant.

Interfuerunt Conradinus de porciis filius quondam domini Bertolini, Ubertinus de sclafinatis rector sancte Marie de Tortis, dominus presbyter Jacobus de tonsis canonicus majoris ecclesie papiensis, Simoninus de poma et Ubertinus de figino mansionarii ecclesie majoris papiensis inde testes.

Ego Cassaninus de Cassanis papien. publicus imperiali auctoritate notarius has cartas mihi fieri jussas rogatus tradidi et me subscripsi.

Ego Johannes Petrus de cassanis publicus papien. imperiali auctoritate notarius has cartas jussu suprascripti notarii scripsi.

SECOLO DECIMOQUINTO

1401, 25 giugno.

I. *Testamento di Ansermo degli Ansermi col quale istituisce un Ospedale nel borgo di Arena affidandone il patronato al Collegio dei Notai di Pavia ed in sostituzione al Capitolo della Chiesa cattedrale.*

Anno a nativitate Domini millesimo quatuor centesimo primo Indictione nona die vigesimo quinto junii hora tertiarum in Papia, videlicet in Ecclesia Sanctae Mariae Canonicae Peroni situata in Porta Laudensi. Cum vitae suae terminus sit cuilibet prorsus ignotus, et nihil certius habeatur, quam quod quis ne quidem mortis vitare discrimen, et quod melius est spe moriendi vivere, quam subitaneae mortis periculo subjacere, cum nihil certius sit morte, et nihil incertius hora mortis; Idcirco Ansermus de Ansermis Civis Papiensis Filius quondam Domini Manfredi de Ansermis Marchionatus Salutarium sanus per gratiam Domini Nostri Jesu Christi, mente, corpore, et intellectu, et bonam memoriam retinens consuetam nolens intestatus decedere, sed cupiens Animae suae providere saluti, et bonorum suorum dispositioni diligenter providere, prout decet quemlibet sapientem, res et bona sua disposuit, et disponit et ordinat per praesens suum nuncupativum Testamentum, nuncupative testando secundum quod inferius continetur, et apparebit.

In primis quidem invocata Regis aeterni gratia, per quem omnia disponuntur, et fiunt, cassavit, et irritavit, cassat, et irritat omnia, et singula Testamenta, omnes, et singulos codicillos, et omnes, et singulas Donationes causa mortis, excepta Donatione facta per dictum Ansermum Collegio Notariorum Papiae, quam Donationem dictus Testator approbat, et confirmat, quae quas, et quos reperiretur, ab hodie retro ipsum Testatorem fecisse, vel condidisse quocumque verborum colore et adminiculo fulciantur, volens, jubens, et disponens dictus Testatur praesens suum Testamentum, et praesentem suam ultimam volontatem excepta Donatione facta dicto Collegio ut supra, caeteris omnibus praevalere debere. et roboris firmitatem obtinere.

Item recomendavit dictus Testator Animam suam in manibus Domini Nostri Jesu Christi, et suae gloriosae Matris Virginis Mariae, et omnium Sanctorum infrascriptorum Advocatorum dicti Testatoris; Sepulturam autem Corporis sui elegit, et eligit ad Ecclesiam Sancti Joannis Donarum, cui Ecclesiae dictus Testator dat, et legat omni anno in perpetuum Solidos quatuor Papienses pro quolibet Sacerdote existente, et celebrante, et commorante in dicta Ecclesia, et cuilibet alii Servienti ad officium Solidos tres Papienses, sub hac conditione, et non aliter, quod Sacerdotes et Servientes dictae Ecclesiae teneantur, et debeant omni anno in die Obitus dicti Testatoris, dicere Officium Mortuorum, et Missam unam in cantu pro Anima dicti Testatoris, et *Libera me Domine* super Sepulturam dicti Testatoris, pro ut talium moris est, quibus Sacerdotibus et Servientibus dentur suprascripti denarii omni anno ad dictum Officium.

Item voluit, et ordinavit, et vult, et ordinat dictus Testator, quod eo casu, quo appareret aliquam Personam quovis modo a dicto Testatore habere, debere vel aliquam laesionem habuisse a dicto Testatore ob culpam, vel defectum, vel pigritiam, vel imperitiam dicti Testatoris quod per infrascriptos suos Heredes universales, ei, et eis integraliter satisfiat de bonis dicti Testatoris, et credatur sacramento petentis, vel petentium usque ad quantitatem Solidorum viginti Papiensium.

Item dedit, et legavit, et dat, et legat dictus Testator D. Presbitero Zanono de Cuchis Capellano in Ecclesia Sancti Joannis Donarum Confessori dicti Testatoris pro divinis Officiis celebrandis pro anima dicti Testatoris Libras tres, et Solidos quatuor Papienses.

Item dedit, et legavit, et dat, et legat dictus Testator ordinibus Pauperorum Papiae pro quolibet ordine, videlicet Sanctae Mariae de Carmelo, Sancti Augustini, Sanctae Mustiolae, Sancti Thomae, Sancti Francisci, et Sanctae Mariae de Sancto Primo Libras tres, et Solidos quatuor Papienses pro uno solvendas de bonis dicti Testatoris per quatuor annos Officio celebrando a Mortuis in die Obitus dicti Testatoris pro quolibet Ordine, et pro aliis divinis exorandis.

Item dedit, et legavit, et dat, et legat dictus Testator Ecclesiae Sancti Georgii de Arena Libras centum viginti octo Papienses solvendas de bonis dicti Testatoris per quatuor annos ad rationem Librarum triginta duarum pro quolibet anno de quibus

Libris centum viginti octo ematur unum Missale, et unus Liber a cantu pro Missis celebrandis, et cantandis in dicta Ecclesia, et pro usu dictae Ecclesiae, et in alio non expendetur pecunia praedicta.

Item voluit, et ordinavit, et vult, et ordinat dictus Testator, quod omni anno ematur in perpetuum Brandonus unus de Libris tribus cerae per illum qui reget Hospitale Sancti Jacobi ordinatum per dictum Testatorem in dicto loco Arenae offerendum in Missa semper cantanda in Festo Sancti Jacobi in Ecclesia Sancti Jacobi dicti Hospitalis, et qui Brandonus sit dictae Ecclesiae Sancti Georgii pro illuminando Corpus Domini Nostri Jesu Christi, et ad alia non expendatur dictus Brandonus in dicta Ecclesia Sancti Georgii, et quod dictus Rector omni anno semper in dicto Festo teneatur dare Prandium sumptibus dicti Hospitalis dicto Archipresbitero, et aliis celebrantibus cum ipso sumptibus dicti Hospitalis, sub hac conditione, et pacto detur Brandonus, et Prandium, aliter non, quod dictus Archipresbiter cum aliis Clericis habitantibus in dicta Ecclesia Sancti Georgii teneantur, et debeant omni anno in Vigilia dicti Sancti Jacobi celebrare Vesperas in cantu, et in die Festi Missam, et Vesperas in cantu ad laudem, et honorem Dei Omnipotentis, et suae gloriosae Matris Virginis Mariae, dicti Sancti Jacobi, et omnium Sanctorum Dei pro Anima dicti Testatoris, et Parentum suorum, et omnium qui benefecerunt, et benefacient dicto Hospitali, et eo casu, quo per dictum Archipresbiterum non sic fieret, Legatum predictum locum non habeat.

Item voluit, et ordinavit, et vult, et ordinat dictus Testator, quod omni anno in perpetuum semper in die Obitus ipsius Testatoris fiat eleemosina una per Rectorem dicti Hospitalis de Sacco uno furmenti, et quod in dicta die, dictus Rector det, et solvat dicto Domino Archipresbitero Solidos triginta duos Papienses, vel minas tres furmenti in electione dicti Rectoris, et quod pro predicto Legato dictus Archipresbiter teneatur, et debeat dicere Officium Mortuorum, et Missam a Mortuis, et Libera me Domine, pro ut moris est, et hoc pro Anima dicti Testatoris et Parentum suorum, et quondam Dominae Francischinae de Brusamanticis olim uxoris dicti Testatoris, et omnium, qui benefecerunt, et benefacient dicto Hospitali.

Item dedit, et legavit, et dat, et legat dictus Testator infrascripto Collegio Notariorum Papiae Heredi universali dicti Te-

statoris, omnes terras, et proprietates, et jura, quas et quae dictus Testator habet in loco, et Territorio Clausi, et in illis partibus, et contratis tam citra Padum, quam ultra in hunc modum, videlicet quod de redditibus, et fructibus dictarum proprietarum, et jurium omni anno in perpetuum in die Obitus dicti Testatoris, et in Ecclesia, in qua fuerit sepultus dictus Testator, si fuerit sepultus in Civitate Papiae et si non fuerit sepultus in dicta Civitate fiat ubi placuerit Consulibus dicti Collegii una eleemosina, et Missa in cantu, et Officium Mortuorum, de qua quidem eleemosina dentur Ecclesiae in qua fuerit sepultus dictus Testatur Solidi quatuor Papienses pro quolibet Presbitero Servienti in dicta Ecclesia, et cuilibet alii Servienti in dicta Ecclesia Solidi tres Papienses in hunc modum, quod Presbiteri dictae Ecclesiae Servientes teneantur facere in dicta die, vel in die sequenti Officium Mortuorum, et Missam, et Libera me Domine super Sepulturam, pro ut moris est, aliter non detur eis, et hoc pro Anima dicti Testatoris, et Parentum suorum, et quondam Dominae Francischinae de Brusamanticis uxoris dicti Testatoris, et Parentum suorum, et omnium, cui, vel quibus secundum Deum venirent dicta eleemosina, et dicta Officia, et quod de dicta eleemosina fienda ut supra detur omni anno Andixellae de Zaciis Filiae quondam dictae Dominae Francischinae et quondam Ladini de Zaciis tantum quod valeat Libras sex Solidos octo Papienses, et hoc tempore vitae suae tantum, et ipsa existente in paupertate, et viduitate, aliter non.

Item voluit, et ordinavit, vult, et ordinat dictus Testator, quod eo casu, quod Haeredes quondam egregii militis Domini Milani de Beccaria exigerent ab infrascripto Collegio proprietates predictas de Clauso, de quibus habuit licentiam exigendi, quod de pecunia, quae reciperet dictum Collegium emantur tot proprietates, quae ascendant totam pecuniam quam reciperet, et de fructibus ipsarum fiant Officia, et eleemosinae ut supra in Capitulo proxime praecidenti descriptum est.

Item dedit et legavit, et dat, et legat dictus Testator Ecclesiae Sancti Salvatoris de Arena Libras triginta octo, et Solidos octo Papienses expendendas pro Fabrica et reparatione dictae Ecclesiae, aliter non.

Item legavit, et legat Ecclesiae Sancti Jacobi de Varbonezia Libras triginta octo, et Solidos octo Papienses expendendas pro reparatione et Fabrica dictae Ecclesiae, aliter non.

Item dedit, et legavit, et dat, et legat dictus Testator Contessinae de Branchis Filiae Antonii de Branchis dicti Malvisati pro subsidio eam maritandi Libras quinquaginta Papienses, aliter non.

Item dictus Testator liberat, et absolvit Girardum de Comeschellis Filium quondam Pauli, et Heredes ipsius propter suam paupertatem, et ad hoc ut Altissimus Misericordiam faciat dicto Testatori, ab omni et toto eo, quod ab hodie retro dictus Girardus debet dare dicto Testatori quovis modo, tam cum carta, quam sine carta.

Item dictus Testator voluit, et ordinat, quod de illo socido debito Vaccarum quem sibi debet Antonius de Branchis dictus Malvisatus, quod debitum est Librarum... eidem remittentur, et relaxentur Librae ducentum Papienses, et hoc propter suam paupertatem, et bonitatem, et ad hoc ut Altissimus Salvator Misericordiam faciat dicto Testatori.

Item dictus Testator liberat, et absolvit Lafrancum de Aquila ab omni, et toto eo, quod sibi debet dictus Lafrancus quovis modo et hoc propter suam paupertatem, et ad hoc ut Deus faciat Misericordiam dicto Testatori.

Item voluit, et ordinavit, vult, et ordinat dictus Testator, quod eo casu, quod dictus Presbiter Stephanus de Canibus Archipresbiter Plebis Arenae decederet supervivente Domina Agnesina de Bigonenti matre dicti Domini Archipresbiteri, quod tunc, et in dicto casu dicta Domina Agnesina tempore vitae suae habeat, et habere debeat habitaculum condecentem, et victum, et vestitum in dicto Hospitali dicti Testatoris sito in dicto loco Arenae, ipsa Domina Agnesina adiuvante juxta ipsius possibilitatem Ministrum dicti Hospitalis ad regendum, et gubernandum dictum Hospitalem, et consulendum.

Item voluit, et ordinavit, et vult, et ordinat dictus Testator, quod eo casu, quo Domina Catherina de Putheo uxor quondam Domini Jacobi de Beccaria, vel Brunescens filia sua et dicti quondam Jacobi, vel aliqua ex eis veniret ad tantam paupertatem, vel ad tantum infortunium, quod non possint vivere de suis Dotibus, vel de suis Patrimoniis vel de Usufructu dictae Dominae Catharinae sibi per dictum quondam Dominum Jacobum in suo Testamento relicto, quod tunc, et dictis casibus dictae Dominae, et quaelibet ex ipsis habeant, et habere debeant alimenta naturae necessaria in bonis, et de bonis dicti Testatoris, et convenientiam dictarum Dominarum.

Item voluit, et ordinavit, et vult, et ordinat dictus Testator, quod eo casu quo Antonius de Ansermis Frater dicti Testatoris filius quondam Domini Manfredi Marchionatus Salutiarum, et ab eo legittime descendentes propter guerras, vel ob aliam causam essent expulsi de Marchionatu Salutiarum ita quod de suo proprio, vel de suo patrimonio, vel de eorum arte, vel de eorum labore, si laborare possent et essent consueti, vivere non possent, quod tunc, et in dictis casibus dictus Antonius, et ab eo descendentes legittime, habeant, et habere debeant babitaculum, et alimenta naturae necessaria in bonis, et super bonis dicti Testatoris.

Item dedit, et legavit, dat et legat dictus Testator dicto Antonio Fratri ipsius Testatoris omnia bona tam mobilia, quam immobilia, quae dictus Testator habet in Marchionatu Salutiarum, videlicet in locis Ricunisiis, et Salutiarum, et in quibuscumque aliis locis dicti Marchionatus dicto Testatori proventis ex Haereditabus Paternis, Fraternis, seu Maternis, seu quovis alio modo, in quibus quidem bonis tantum dictus Testator dictum Antonium sibi Haeredem instituit in hunc modum, et sub infrascriptis pactis, et conditionibus, et non aliter, quod eo casu quo dictus Antonius decederet absque Haerede, vel Haeredibus, masculo, vel masculis ab eo legittime descendente, vel descendentibus, quod tunc, et in dicto casu dictus Antonius teneatur, et debeat distribuere dicta bona dicti Testatoris, remotis odio, amore, timore, prece, praemio, et humana gratia, juxta Dei nostri Voluntatem Agnatis de Parentella dicti Antonii, et dicti Testatoris habentibus paupertatem, et necessitatem, et aliter non, nam paupertate, et necessitate cessantibus tribuat in alias personas pauperes, et miserabiles, sive in Hospitalibus, vel lociis piis secundum documentum Orationis Dominicae, ubi dicitur Omnium Conditor fiat voluntas tua, et hoc pro exoneratione, et bono Animarum dicti Testatoris, et Parentum suorum, et dicti Antonii.

Item voluit, et ordinavit, vult, et ordinat dictus Testator, quod omnia Instrumenta reperta, et descripta in Breviariis dicti Testatoris spectantia Haeredibus quondam egregii Militis Domini Milani de Beccaria sive Dominae Catharinae de Putheo relictae quondam Domini Jacobi de Beccaria vel Haeredibus quondam Domini Zenoni de Beccaria, vel Haeredibus quondam Domini Joannis Luchini de Beccaria eisdemque Haeredibus, et di-

ctae Dominae, dentur absque aliqua solutione ipsis, et ipsa solventibus, et solvente solum id quod veniet pro scriptura, et carta, in qua dicta Instrumenta fuerint descripta.

Item voluit, et ordinavit, vult, et ordinat dictus Testator, quod Thomas de Rubeis filius quondam Gulielmi toto tempore vitae suae tantum sit Minister, Rector, et Gubernator Hospitalis infrascripti absque eo quod teneatur ad aliquam rationem reddendam de dicta sua administratione alicui Personae, Communi, Collegio, vel Universitati, nec Haeredibus institutis dicti Testatoris in hunc modum, videlicet quod eo casu, quo dictus Thomas de bonis suis non possit habere alimenta sibi, et Familiae suae necessaria, et vestimenta debita, et necessaria, quod tunc, et eo casu Thomas predictus habeat, et habere debeat, et accipere possit de bonis ipsius Testatoris totum id quod sibi, et dictae Familiae suae debitis, et necessariis, et non ultra: omnes autem alios fructus, et redditus dicti Hospitalis Testatoris, qui affuerint super proprietatibus dicti Testatoris proventis, et jacentibus in dicto Loco, et Territorio Arenae dictus Thomas teneatur, et debeat eos distribuere, et dispensare pro victu, et alimentis necessariis pauperum, et miserabilium personarum hospitantium, et descendentium ad Hospitale institutum Sancti Jacobi situm in dicto Loco Arenae, et ordinatum in dicto Loco Arenae per dictum Testatorem, de proprietatibus autem dicti Testatoris sitis in dicto Loco, et Territorio Arenae teneatur, et debeat dictus Thomas in onere Animae suae curare, et ordinare, et curari, et ordinari facere tamquam bonus Servus Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, et tamquam bonus in Christo Frater, et Amicus dicti Testatoris, et secundum quod ipse Thomas, et dictus Testator fuerunt, et sunt fiducialiter concordes Salvatore nostro Deo Testante, cui acta nuda, et aperta sunt, et nihil occultum.

In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus, et immobilibus, juribus et actionibus universis, et singulis praeterquam institutis, Legatis, et Praelegatis, quae in praesenti institutione non cadunt, dictus Testator instituit sibi Haeredem universalem Collegium, et Societatem Notariorum Civitatis Papiae sub infrascriptis pactis, modis, et conditionibus, et non aliter, nec alio modo, videlicet quod in Domo dicti Testatoris sita in dicto Loco Arenae districtione Papiensi, cui Domui coheret a duabus partibus strata, ab alia D. Rinaldus de Beccaria, et ab alia dictus

D. Rinaldus in parte, et in parte Adrinus de Beccaria, filius quondam Joannis Luchini, fiat per dictum Collegium Hospitale et Locus Religiosus sub vocabulo Sancti Jacobi appellati de Galitia, in quo quidem Hospitale recipiantur, et hospitentur omnes Christi pauperes, et egeni de dicto loco Arenae. Item ultra, infirmi tali infirmitate, quod non possint lucrari de persona, et cum pervenerint ad sanitatem, amplius non recetentur, et omnes pauperes, et miserabiles, et Fratres, et Religiosi paupertatis, et omnes Presbiteri, et Monaci in Christo militantes euntes, et transeuntes per dictum Locum Arenae, et in quo quidem Hospitale manuteneantur lecti sedecim, et paria triginta duo linteaminum, et coperturae triginta duae. Item ultra pro quolibet lecto paria duo linteaminum, et copertae duae, qui lecti, et quae linteamina, et copertae sunt ad praesens in dicta Domo, et in dicto Hospitale in numero praedicto: ex quibus lectis quatuor manuteantur in cameris superioribus pro quatuor Ordinibus Paupertatum, videlicet Virginis gloriosae, Sancti Thomae, Sancti Augustini, et Sancti Francisci, et quatuor in dictis Cameris pro Monacis, et Presbiteris, et aliis Religiosis in Christo militantibus, et Nobilibus pauperibus, et tres in una ex cameris superioribus pro Mulieribus, ita quod Mulieres sint ab hominibus separatae, alii octo lecti pro hominibus pauperibus manuteantur in loco inferiori dicti Hospitalis, uti nunc sunt. Item ultra praedicta manuteantur in perpetuum in Ecclesia Sancti Jacobi dicti Hospitalis unus Calix, et unum Missale, et omnia Paramenta necessaria pro celebrando Missam, ad hoc ut Fratres, Praesbiteri, et Monaci ibi hospitantes possint si voluerint, antequam recesserint Missam celebrare, et divinis interesse, et qui Calix, et quod Missale, et quae Paramenta sunt ad praesens in dicta Ecclesia: Item quod omnia bona mobilia dicti Testatoris, et omnes fructus, qui in perpetuum exierint ex dictis proprietatibus quas dictus Testator habet in dicto Loco, et Territorio Arenae sint dicti Hospitalis, et expendentur pro alimentis necessariis dictorum Religiosorum, et pauperum praedictorum. Qui Religiosi, et Pauperes ibi hospitentur et fiant sumptus pro illa die, et illa nocte in qua ibi hospitaverint secundum possibilitatem dicti Hospitalis, et condecentiam praedictorum. Infirmi autem ibi stent donec fuerint liberati juxta possibilitatem praedicti Hospitalis.

Item quod Collegium sit Patronus dicti Hospitalis, et eidem

pleno jure spectet Jus Patronatus dicti Hospitalis ita quod pleno jure possit eligere Ministrum dicti Hospitalis, et eum praesentare, et omnia, et singula facere, quae in talibus de jure fuerint necessaria, et opportuna, et etiam dictum Ministrum cassare eo casu, quo non esset sufficiens, et alium loco ipsius subrogare, et generalia omnia facere, quae in talibus dictus Testator facere posset, si praesentialiter praesens adesset, et praedicta electio, et praesentatio locum habeat, dummodo dictus Minister sit de dicto Collegio, vel de Congregatione Verberatorum Papiae Sancti Innocentii, vel Sancti Gervasii Recomendatorum Virginis gloriosae vel de dicto loco Arenae, dummodo talis sic eligendus de dicto loco Arenae habeat in bonis immobilibus libras centum Papienses, et dummodo non sit famulus Dominorum de Arena, aliter non valeat, nec teneat dicta electio, nominatio, seu praesentatio.

Item quod dictum Collegium non possit vendere, vel alienare, vel in aliam personam transferre dictas proprietates, nec in emphyteusim dare illis personis, quae prohibentur a jure et non habilibus ad conveniendum, et eo casu, quo praedictum Collegium praedicta non adimpleret, pro ut supra dictum est, et contra praedicta faciet, dictus Testator eidem substituit Capitulum Majoris Ecclesiae Papiae sub modis, pactis, et condictionibus suprascriptis, et eo casu, quo dictum Capitulum non adimpleret, ut supra dictum est, dictus Testator eidem Capitulo substituit Domos, et Congregationes Verberatorum Sancti Innocentii, et Sancti Gervasii de Papia Recomendatorum Virginis gloriosae sub modis, pactis, et conditionibus suprascriptis, aliter non.

Et haec omnia fiant, et facta sint ad laudem, et honorem Dei Omnipotentis, et totius Trinitatis Sanctissimae, et gloriosissimae Matris Domini Nostri Jesu Christi Virginis Mariae Advocatae dicti Testatoris, et ad laudem, et honorem, et sub vocabulo Sancti Jacobi Apostoli, et ad laudem et honorem Sanctorum Joannis Baptistae, et Joannis Evangelistae, et Petri, et Pauli Apostolorum, Stephani, Laurentii, et Georgii Martyrum, Antonii, Bernardi, et Benedicti Confessorum, Catharinae Martyris, Christophori, Annae, Ansermi, Joseph, et Joachini, omnium Advocatorum, et Advocatarum dicti Testatoris, et omnium Sanctorum, et Sanctarum Dei, et totius Curiae Coelestis, in quorum auxilio dictus Testator peccator Animam suam recomittit,

et hoc pro Animabus dicti Testatoris, et Parentum suorum, et quondam Francischinae de Brusamanticis olim uxoris dicti Testatoris, et quondam Perini de vigonento, qui multum bonum fecit dicto Hospitali, et omnium, qui benefecerunt, et benefacient dicto Hospitali, et pro Animabus omnium cui, vel quibus dictus Testator aliquod damnum, vel injuriam fecisset, et intulisset, et etiam pro Animabus omnium aliorum fidelium defunctorum.

Item voluit, et ordinavit, quod Consules dicti Collegii teneantur, et debeant singulo anno mittere aliquam prudentem personam, quae videat, si bona mobilia dicti Hospitalis erunt ibi integraliter, pro ut erant consignata dicto Rectori, et Ministro, ne fraus fiat in ipsis, cui tali personae fiat honor per dictum Hospitalerium.

Item dedit, et legavit, et dat, et legat Ursinae de Duglelis de Garlasco filiae quondam Michaelis saccos tres furmenti usque ad tres annos, videlicet saccum unum pro quolibet anno, et hanc dixit, et voluit, dicit, et vult dictus Testator suam esse ultimam voluntatem; quam voluit, et vult valere debere, et quod valeat vigore et jure praesentis sui Nuncupativi Testamenti, et si non valeret, vel valebit vigore Testamenti sui Nuncupativi, voluit, et vult eam valere debere, et quod valeat jure Codicillorum, et si non valet, vel valebit jure Codicillorum, voluit, et vult eam valere, et quod valeat jure Donationis causa mortis, et quolibet alio jure, quo melius valere potest, et tenere: et inde dictus Testator de praedictis omnibus, et singulis et de quolibet ex singulis Capitulis per se unum, et plura Instrumenta ejusdem tenoris fieri jussit, et rogavit per Roglerium Buttigellam Notarium infrascriptum.

Interfuere Dominus Presbyter Henricus de Barachis Praepositus Ecclesiae Sancti Inventii Papiae, Presbyter Augustinus de Mediis barbis Praepositus Ecclesiae Sancti Romani Majoris Papiae, Lanfrancus de Buttigellis filius quondam Domini Philippini, Franciscus de Bombello filius quondam Domini Bernardi, Giliatus de Juvenalis Speciarius filius quondam Stephani, Vescontilus de Binasco filius quondam Hugelini, Joannes et Antonius fratres de Buttigellis filii Augustini, et Jacobus de Cazadris de la Rippa filius Joannis inde testes noti, vocati, et rogati a dicto Testatore.

1407, 18 ottobre.

II. *Statuti capitolari della Cattedrale di Pavia determinanti i punti di ciascuna delle funzioni corali e delle ore canoniche dell' officio divino secondo la diversità dei giorni feriali o festivi.*

In nomine Domini amen. Anno nativitatis ipsius millesimo quadringentesimo septimo indictione quinta decima, die decimo octavo mensis octobris parum post vesperas in civitate Papie videlicet in sacristia Majoris Ecclesie que est apud chorum sancti Stephani ejusdem. In mei Albertoli de griffis notarii publici et testium infrascriptorum ad hec vocatorum et specialiter rogatorum presentia. Convocato ibidem capitulo ipsius ecclesie pro infrascripto negotio specialiter peragendo. In qua sacristia consuevit capitulum ipsum capitulariter congregari pro negotiis ipsius capituli explicandis. In quo quidem capitulo aderant et sunt venerandi viri domini Michael de carimanis decretorum doctor Prepositus, Jacobus de Spinolis Archidiaconus, Luchinus de Vardelis Archipresbiter, Johannes de sancto Gregorio, Belengius de caneto, Johannes de ferrariis decretorum doctor, Franciscus de griffis et Paulus de Cairo canonici dicte ecclesie papiensis apud ipsam ecclesiam continuam facientes residentiam personalem et qui faciunt et representant totum et integrum capitulum residentium in dicta ecclesia, ut ibidem protestati fuerunt ac dicunt et protestantur expresse. Ibique dicti domini Prepositus et canonici, dictis dominis Archidiacono et Archipresbitero dumtaxat exceptis, animadvertentes quod tam divino quam humano jure ideo stipendia ecclesiastica dantur sacerdotibus et clericis ut per ea in ecclesiis ipsis divine laudes frequententur ceteraque alia fiant que ad divini cultus spectant ornatum. Idcirco ipsi domini Prepositus et canonici pro se et suis successoribus et ad partem et utilitatem dicti capituli presenti statuto in perpetuum duraturo statuerunt, disposuerunt et ordinaverunt ac statuunt, disponunt et ordinant in omnibus et per omnia ut infra, ratis nihilominus manentibus statutis aliis ejusdem ecclesie, quibus per presentia statuta nullatenus intelligatur derogatum, salvo quam in modo distribucionis ut infra. In primis quidem statuerunt, disposuerunt et ordinaverunt ac statuunt, disponunt et ordinant quod omnes fructus et redditus et proventus obve-

nientes in comuni capitulo et canonicorum dicte ecclesie quacumque ratione vel causa, deductis expensis necessariis et opportunis, dividantur et dividi et partiri debeant inter prelatos et canonicos ejusdem ecclesie interessentes divinis officiis sub modo et forma inferius descripta singula singulis congrue .refferendó. In primis quod dentur singulis prelatis et canonicis ejusdem ecclesie interessentibus matutinali officio denarii tres, et ille intelligatur interfuisse matutinali officio qui interfuit hymno primi nocturni et perseveraverit usque ad hymnum qui dicitur in laudibus, singulis vero interessentibus prime a primo videlicet hymno usque ad orationem detur unus denarius que tamen perseverantia excusetur et excusari possit justo impedimento subsistente, interessentibus vero Misse ab introitu videlicet usque ad ite missa est dentur denarii duo. Et vespertinis offitiis a primo videlicet psalmo usque ad orationem denarius unus et hoc in communibus et quotidianis diebus. In precipuis vero infrascriptis videlicet singulis diebus dominicis et festivis duplicibus dentur interessentibus Matutino ut supra denarii sex, prime duo, misse duo, vesperis duo. In quadragesimalibus diebus sic dividantur singulis interessentibus Matutino denarii quatuor, prime unus, tertie unus, sexte unus, none unus, misse duo, vesperis unus, completorio unus. In festis vero solempnibus infrascriptis videlicet in festo Nativitatis Domini, Circumcisionis, Epiphanie, Pasche Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, omnium Sanctorum, quatuor festivitatum Nostre Domine videlicet Assumptionis, Nativitatis, Purificationis et Annunciationis et Sancti Syri dentur videlicet singulis interessentibus matutino festi Nativitatis Domini denarii sex, prime misse denarii quatuor, officio prime denarii duo, secunde misse denarii quatuor, tertie misse denarii quatuor, in vesperis denarii quatuor, aliis vero solemnitatibus diebus suprascriptis dentur interessentibus Matutino denarii decem, prime duo, misse tres, vesperis tres et suprascripte interessentia et perseverantia intelligatur repetere singulis diebus et horis suprascriptis et suprascripta distributio fieri singulis personis supradictis. Item statuerunt, disposuerunt et ordinaverunt ac statuunt, disponunt et ordinant quod unusquisque ex premissis sive sit prelatus sive sit canonicus teneatur singulis diebus dominicis et duplicibus festis sue hebdomade, si presens fuerit in civitate Papie justo impedimento cessante, per se in ordine suo vel per interpositam personam misse conventuali dicti capituli deservire. Si vero a

predicto servitio, ut premittitur, superbia vel negligentia se subtraxerit multeter et presenti statuto multatus intelligatur in soldis viginti denariorum papiensium convertendis in utilitate dicti capituli arbitrio majoris partis ipsius. Item statuerunt, disposuerunt et ordinaverunt ac statuunt, disponunt et ordinant quod de cetero omnes fructus redditus et proventus quomodocumque qualitercumque et undecumque obvenientes in comuni canonicorum et capituli ecclesie predicte singulis annis dividantur inter prelatos et canonicos predictos proportionabiliter et secundum eorum merita que reperientur habere modo quo in alio statuto superius descripto continetur et nihilominus nullo alio modo dividantur quam per quotidianas distributiones aut inter alias personas quam interessentes divinis officiis modo quo supra in alio statuto continetur deductis expensis necessariis fiendis per dictum capitulum de bonis dicti capituli, si quid de ipsis bonis capituli supererit in dicto capitulo. Quibus quidem statutis, dispositionibus et ordinamentis dictus dominus Archidiaconus pro se et pro dictis dominis Cantore et aliis canonicis ipsius ecclesie ab ipsa ecclesia absentibus et eorum et cujuslibet eorum nominibus, dictusque dominus Archipresbiter non consenserunt nec consentiunt immo suis et dictis nominibus contradixerunt et contradicunt expresse dicentes dispositiones et ordinamenta fuisse et esse iniqua et injusta et ad noxan dicte ecclesie tendentia multis rationibus et causis quas dicunt se proponere velle suis loco et tempore debitis et opportunis. De quibus omnibus dicti rogaverunt per me jam dictum Albertolum notarium debere confici publicum instrumentum unum et plura tenoris ejusdem, presentibus discretis viris dominis Presbitero Antonio de Zucchis Preposito in ecclesia S. Marie de Durne diocesis papiensis, Presbitero Antonio de Philippis capellano in dicta ecclesia majori Papie et Andrea de calzacarariis mansionario ejusdem ecclesie testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Ego Georgius de Cazzolis publicus imperiali auctoritate notarius cumanus nunc habitator civitatis Papie filius quondam domini Gulielmi hoc instrumentum jussu infrascripti Albertoli notarii scripsi meque in premissorum testimonio subscripsi.

Ego Albertolus de griffis de Varixio diocesis mediolanensis publicus apostolica auctoritate notarius predicti domini episcopi canzellarius premissis, dum sic ut premittitur agerentur, una cum prenominatis testibus presens fui eaque sic fieri vidi et audivi.

Et inde rogatus tradidi hoc instrumentum in hanc publicam formam meum consuetum signum apponens in testimonium premissorum.

1421, 23 agosto.

III. *Il vescovo Pietro Grassi col consenso del Capitolo della sua Cattedrale istituisce un beneficio perpetuo sotto il titolo di santa Marta all' altare ad essa eretto nel Duomo di Pavia coll' assegno di tutti i beni della chiesa suburbana di S. Giacomo di Vernavola e coll' indicazione dei doveri incumbenti al cappellano beneficiato.*

In nomine Domini nostri Jesu Christi, gloriosissimaeque, et in aeternum benedictae Mariae semperque Virginis Matris ejus. Ad perpetuam rei memoriam cunctis haec visuris, et audituris per praesentem hoc publicum pateat instrumentum videlicet: Anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo vigesimo primo, indictione quarta decima, die vigesimo tertio mensis Augusti, Pontificatus vero Sanctissimi Domini nostri Domini Martini divina providentia Papae quinti anno quarto, hora tertiarum in Civitate Papiae videlicet in Palatio Episcopali coram Rev.mo in Christo patre, et domino Petro de Grassis de Castronovo Dioecesis Terdonensis, Dei et apostolicae Sedis gratia Episcopo Papiensi, et Comite dignissimo, convocato et congregato etiam sono Campanellae, ut moris existit Capitulo Majoris Ecclesiae papiensis de mandato, et ex impositione Venerabilis Decretorum Doctoris Domini Michaelis de Carimanis dictae papiensis Ecclesie Prepositi, ad quem convocatio et hujusmodi congregatio de jure et antiqua consuetudine noscitur pertinere, in quo quidem Capitulo pro negotio infrascripto specialiter exequendo, et adimplendo, ut prefertur, congregati aderant et sunt venerabiles et circumspecti viri Domini Michael de Carimanis Decretorum Doctor Praepositus suprascriptus, Gulielmus de Aymis Cantor, Jacobus Nebia, Joannes de Scarabellis, Antonius de Sentacavalis, Leonardus de Griffis, Gulielmus de Filernis, et Joannes de Grassis, omnes in sacris Ordinibus constituti Canonici memoratae Ecclesiae papiensis, qui sunt, et faciunt seu repraesentant totum Capitulum vel majorem et saniorem partem votum habentium in ipsius ecclesiae Capitulo, cum ad praesens alii non sint cano-

nici in ipsa ecclesia residentiam facientes, prout protestati fuerunt et protestantur expresse, ibique in mei Brunzii de Ubertariis notarii publici, et testium infrascriptorum ad haec vocatorum et specialiter rogatorum praesentia Rev.mus in Christo Pater et Dominus Dominus Petrus de Grassis Episcopus antedictus et Comes cupiens pro remedio et salute animae suae temporalia et caduca in coelestia et perpetua felici commertio commutare cum volontaria deliberatione et consensu praefatorum Dominorum Praepositi, Canonicorum, et Capituli ad infrascripta omnia pro se et eorum successoribus, ac nomine totius dictae Ecclesiae Capituli expresse consentientium, confirmantium ac ratificantium pro utilitate evidenti dictae Majoris Ecclesiae Praepositique Canonicorum, et Capituli predictorum, ac successorum suorum, et in omnibus et singulis infrascriptis Constitutione Synodali Ecclesiae et Cleri papiensis posita sub rubr. de non alienandis, vel pignorandis rebus ecclesiasticis quae incipit: Indiscretis et damnosis, rerum ecclesiasticarum alienationibus obviare cupientes, videlicet statutis, decretis, provisionibus et ordinamentis dictae Majoris Ecclesiae et omnibus aliis constitutionibus, et juribus in contrarium facientibus, vel disponentibus, super quibus omnibus, et certa scientia idem Dominus Episcopus dictique Domini Praepositus, Canonici, et Capitulum suum decretum suamque auctoritatem interponendo dispensaverunt misericorditer et dispensant, et ea omnia quoad haec relaxaverunt penitus, et relaxant nequaquam obstantibus, intervenientibus etiam et adhibitis solemnitatibus quibuscumque tam juris, quam facti in talibus, et similibus debitis consuetis et opportunis, erexit, construxit ac fundavit, erigitque, construit et fundat unam Capellam seu unum sacerdotale perpetuum beneficium sub vocabulo Sanctae Martae ad altare positum in dicta Majori Ecclesia papiensi sub volta sequenti et se immediate continente cum volta seu Capella in dicta Majori Ecclesia fundata alias et erecta per quondam Dominam Urietam de pochacarne, quae volta est immediate eundo a dicta Capella praefatae Dominae Urietae versus atrium Sancti Syri et Campanile magnum ipsius Ecclesiae papiensis et hoc sub infrascriptis modis, et formis cum aliter infrascripta nec aliquid de infrascriptis sit facturus, eidemque Capellae et perpetuo sacerdotali beneficio praefatus Dominus Episcopus fundator cum de praesenti facere et assignare non possit eidem Capellae condecenter dotem, et am-

plam prout intendit etiam animo suo firmavit, et prout per stipulationem solemnem idem Dominus Episcopus praefatis Dominis Praeposito, Canonicis, et Capitulo pro se, et successoribus suis, et mihi Notario uti publicae personae nomine dictae Capellae et futuri cujuslibet Capellani stipulantibus, et recipientibus, facere, et dotare condecenter promisit solemniter, et promittit ex nunc de voluntate consensu, et deliberatione praefatorum Dominorum Praepositi, Canonicorum, et Capituli univit, et unit ac incorporavit, et incorporat, et unitas, unitos, et unita, incorporatas, incorporatos, et incorporata esse voluit, vult et intendit omnes et singulas terras, proprietates, domos, fundos, praedia, possessiones, redditus, ficta, proventus, ac jura quaelibet infrascriptas et infrascripta, quae et qui erant dominii, et proprietatis Ecclesiae Sancti Jacobi de vernabula sitae extra et prope muros Civitatis Papiae et ad ipsam ecclesiam spectabant et pertinebant ad ejusque Rectores, et Ministros et clericos ab hodie retro, videlicet ante concessionem de Ecclesia ipsa hodie paulo ante factam per praefatos Dominos Episcopum Praepositum, Canonicos, et Capitulum venerabilibus, et religiosis fratribus Bernardino de Senis, Simoni de Mediolano et Francisco de Papia certisque aliis ipsorum fratribus Ordinis Fratrum Minorum de Observantia nuncupatorum, de qua quidem concessione constat instrumento publico rogato mihi Brunzio Notario infrascripto hodie paulo haec ante, quae quidem proprietates possessiones, terrae, fundi, domus, ficta et jura sunt haec, Primo videlicet petia una terrae prativae subtus pratum de puteo in territorio Castigneti ultra padum super riono perticarum viginti trium, tabularum decem et octo et pedum duorum, cui coheret a mane Joannes Filippus de Georgiis de Curvino, a nulla hora Antonius Albaritius, a nona seu meridie strata et a sero etiam strata. Item petia una terrae prativae simul se tenens cum una alia pezzola et cum una alia longoria, quae omnia sunt prativa sita in loco, et territorio Castigneti ultra padum, ubi dicitur in Valabolono, quae omnia sunt in summa perticae viginti tres tabula una pedes sexdecim, cui toti petiae coheret suprascriptus Johannes Filippus et Francischinus fratres de Georgiis de Curvino a nona, mane strata, a nulla hora Sistus de Becharia, vel heredes Domini Uberti de Belchredo, et a sero illi de Ferrariis de Papia. Item petia una prati et terrae cultae simul se tenens ibi prope perticarum triginta una, tabularum sex et pedum

novem sita in dicto territorio, cui coheret a mane et a meridie Antoninus de Albaritiis, a nulla hora Dominus Joannes de Belchredo et a sero strata communis. Item petia una terrae cultae posita et jacens ut super et quae confinat cum strata verzarii perticarum triginta quinque, tabularum decem et octo et pedum duorum, cui coheret a mane verzarium, a nulla hora Meliorinus de Mediisbarbis, a nona Sistus de Becharia, a nona iuribus dotalibus uxoris suae et a sero Antoninus de Albaritiis. Item petia una terrae cultae posita et jacens in dictis loco et contrata perticarum viginti octo, tabularum decem et octo, cui coheret a mane suprascripta Capella, a nona Sistus de Becharia in parte et in parte heredes Antonii de Brindatio, a nulla hora Antoninus de Albaritiis et a sero illi de Sicleriis de Papia. Item petia una terrae cultae posita et jacens ut supra perticarum duodecim, tabularum duodecim et pedum sex, cui coheret a nona Guliermus de Curte pro hereditate quondam Tibaldini de Belcredo, a mane Antoninus de Albaritiis suprascriptus, a sero et a nulla hora Guliermus et fratres della Costa habitatores Robechi et filii quondam Bottazii. Item in dicto territorio Castigneti ubi dicitur . . . . vineae guastae perticarum quatuordecim vel circa, cui coheret ab una parte Monasterium de Josaphat Papiae, ab alia Roglerius Albaritius, ab alia strata publica, et ab alia . . . Item fictum unum perpetuum librarum duarum papiensium, quod ante concessionem suprascriptam dabatur et reddebatur dictae Ecclesiae Sancti Jacobi omni anno in festo Sancti Martini per Martinum Zimatorem de petia una vineae perticarum sex vel circa posita in Campanea papiensi ubi dicitur in clauso Sancti Jacobi, cui coheret ab una parte strata Laude et ab alia Florentinus de Oltrana fictabilis dictae Ecclesiae ante concessionem praedictam, ab alia Vernabula et ab alia quaedam petia vineae spectans clericatui seu clerico dictae Ecclesiae Sancti Jacobi. Item unum aliud fictum perpetuum solidorum sedecim papiensium quod similiter ante concessionem suprascriptam dabatur et reddebatur dictae Ecclesiae Sancti Jacobi omni anno in festo Sancti Martini per Ubertinum de Gagliis de petia una vineae perticarum quatuor posita et jacente in clauso Sancti Jacobi sive Sancti Pauli, cui coheret ab una parte strata publica, ab alia quaedam straizola, ab alia Cerinus Mognus et ab alia Astulfinus de Astulfis, ambo fictabiles ut supra. Item unum aliud fictum perpetuum librae unius

et solidorum octo papiensium quod omni anno in festo Sancti Martini per Zaninum dictum Sirum Asinarium ante concessionem praedictam dabatur et reddebatur dictae Ecclesiae Sancti Jacobi de petia una vineae perticarum quatuor et tabulae unius posita et jacente in clauso Sancti Jacobi, cui coherent ab una parte heredes Pauli de Astulfis, ab alia strata publica, ab alia Petrus de Viglevano in parte et in parte Frater Primus de Sancto Jacobo solidorum sedecim papiensium, et de alia petia . . . . solidorum duodecim. Item de una alia petia vineae guastae posita prope Sanctum Jacobum perticarum quatuor vel circa, cui coherent a duabus partibus strata, ab alia Stefaninus de Caudigo et ab alia illi de Astulfis. Item unum aliud fictum perpetuum stariorum duorum sicalis papiensium, quod ante concessionem praedictam dabatur et reddebatur dictae Ecclesiae Sancti Jacobi omni anno in festo Sancti Martini per Priorem et Fratres Spiritus Sancti della Colombetta Papiae de petia una vineae posita in clauso Sancti Jacobi ubi dicitur in clusigera, quae est perticarum sex vel circa, cui coherent a duabus partibus strata publica, et a duabus aliis illi de Oltrana fictabiles ut supra. Item unum aliud fictum perpetuum solidorum decem et septem papiensium et starii unius sicalis quod ante concessionem praedictam dabatur et reddebatur dictae Ecclesiae Sancti Jacobi omni anno in festo Sancti Martini per heredes quondam Laurentii Bozardi de petia una vineae perticarum . . . . posita in clauso Sancti Jacobi, cui coherent ab una parte Fratres Spiritus Sancti, ab alia strata publica et ab aliis duabus partibus heredes quondam Domini Johannis Petri de Ferrariis. Item de petia una terrae perticarum quinque vel circa, cui coherent ab una parte heredes quondam Perrini de Barzono, a duabus partibus strata publica et ab alia heredes suprascripti Domini Joannis Petri. Item de petia una vineae perticarum sex, cui coherent ab una parte Lafranchinus Preottonus, ab alia Monasterium Sancti Martini foris portam, ab alia heredes Johannis de Oltrana, ab alia pratum campionum et ab alia strata publica. Item de petia una terrae perticarum sex, cui coherent ab una parte strata publica, ab alia Monasterium Sancti Martini suprascriptum et ab alia heredes Domini Johannis de Oltrana, omnes fictabiles dictae Ecclesiae ante concessionem suprascriptam, et jacent ut supra. Item fictum unum stariorum duorum sicalis, quod ante concessionem praedictam dabatur et reddebatur dictae Ecclesiae San-

cti Jacobi omni anno in festo Sancti Martini per heredes quondam Perrini de Barzono de petia una vineae quae est perticae duodecim et tabulae tres partim spisse et partim ad filagnos posita in Campanea Papiae in presa mezana ubi dicitur in clauso Sancti Jacobi, cui coherent a mane Florentinus de Oltrana filius quondam Domini Johannis fictabilis ut supra, a meridie Zanonus de Veschoaria, a sero heredes Laurentii Bozardi fictabiles ut supra, et a nulla hora strata. Item fictum unum perpetuum solidorum decem papiensium quod ante concessionem praedictam dari et prestari debebat dictae Ecclesiae Sancti Jacobi omni anno in festo Sancti Martini per Thomelinum Filardum filium quondam Magistri Johannis de petia una vineae perticarum duodecim vel circa posita in Campanea Papiae prope et juxta Vernabulam, cui coherent ab una parte strata, ab alia heredes Jacobi de Paschalibus, ab alia Ecclesia Sancti Filippi Papiae et ab alia . . . . Item fictum unum perpetuum solidorum septem papiensium quod omni anno in festo Sancti Martini ante concessionem praedictam reddebatur et prestabatur dictae Ecclesiae Sancti Jacobi per Dominas Abbatissam et Moniales monasterii Sancti Martini foris portam Papiae de duabus petiis vineae positis in Campanea Papiae, una videlicet in territorio domus della terra, cui coheret ab una parte Thomasinus Taropius, ab alia dictum Monasterium, ab alia quaedam straizola, et ab alia . . . . perticarum sex, et alia posita est in Campanea Papiae ubi dicitur in clauso Sancti Jacobi, cui coherent a duabus partibus Franceschinus Bozardus fictabilis ut supra, ab alia pratum campionum et ab alia strata, perticarum sex. Item fictum unum solidorum quinque papiensium et minellarum sex sicalis quod ante concessionem praedictam reddebatur et prestabatur dictae Ecclesiae Sancti Jacobi omni anno in festo Sancti Martini per Jacobinum de Beatis et Fratres de petiis duabus vineae positis in clauso Sancti Jacobi ubi dicitur incluseria, quarum una est perticae tres vel circa, cui coheret a mane dictus Jacobinus pro infrascripta alia petia, a meridie heredes quondam Augustini Clementis sive habentes causam ab eis, ab alia heredes quondam Jacobi de Barzono fictabiles ut supra, ab alia strata publica pro medietate ficti predicti; alia petia est perticae tres, cui coherent ab una parte Zanelus quondam Galus, ab alia strata, et ab alia Bonus Joannes Magister, et ab alia suprascripta petia pro alia medietate ficti praedicti. Item fictum unum librarum no-

vem cum dimidia quod ante concessionem praedictam dabatur, et reddebatur suprascriptae Ecclesiae Sancti Jacobi omni anno in calendis septembris per Michelinum et Perrinum fratres de Pezzanis de medietate pro indiviso trium partium unius sediminis cum domuncula una supra ipso sedimine positi et jacentis in valle Vernabulae inter Sanctum Jacobum et Sanctum Paulum, et de petia una prati se simul tenente cum dicto sedimine quae est perticae duodecim vel circa, quibus coherent ab una parte Georgius Guerraprodeo olim fictabilis ut supra sive habentes causam ab eo, ab alia Laurendus de Marono similiter fictabilis ut supra sive habentes causam ab eo, et ab alia Henrigetus de Santo Varisio sive Ecclesia Sancti Pauli. Item de una alia petia prati se simul tenente cum praedictis, quae est perticae octo vel circa et quibus omnibus coherent ab una parte lectus Vernabulae vegiae, ab alia dictus Henrigetus sive Hospitale Caritatis, ab alia viazola, quae vadit ad costas sive ad vineas, et ab alia parte conductus aquae super quo sedimine factum est magnum melioramentum per dictos de Pezzanis, et nunc appellatur marmorale. Item fictum unum librae unius papiensis quod ante concessionem praedictam dabatur et reddebatur dictae Ecclesiae Sancti Jacobi omni anno in festo Sancti Martini per Manfredium de Ferrariis filium quondam et heredem Domini Johannis Petri de petia una vineae posita in Campanea Papiae ubi dicitur in presa suprana in clauso Sancti Jacobi perticarum septem, cui coherent ab una parte Fratres Spiritus Sancti Papiae fictabiles ut supra, ab alia heredes Laurendi Bozardi, ab alia strata, ab alia coherere solebat Petrus Salicus, et nunc coheret. Item fictum unum perpetuum solidorum trium et denariorum sex papiensium, quod ante concessionem praedictam reddebatur et prestabatur dictae Ecclesiae Sancti Jacobi omni anno in festo Sancti Michaelis per Dominum Victorem quondam Martinosii de petia una vineae quae est perticae sex posita in clauso Sancti Jacobi, cui coherere solebat Augustinus de Crementis, et nunc coheret Lafranchinus Preottonus, a meridie strata, a sero coherere solebant heredes quondam Pagani Bischose, et nunc coheret suprascriptus Lafranchinus, et a nulla hora Vernabula sive heredes quondam Rolandini Buttigella. Item fictum unum librae unius et solidorum octo papiensium quod ante concessionem praedictam dabatur et prestabatur dictae Ecclesiae Sancti Jacobi omni anno in festo Sancti Martini per Florentinum et Gualtrinum fratres de Oltra-

na filios quondam Domini Joannis de petia una vineae perticarum septem vel circa posita in suprascripto clauso Sancti Jacobi, cui coheret ab una parte strata, ab alia Martinus Ziniator fictabilis ut supra, ab alia pratum campionum, et ab alia domina filia quondam Prini de Barzono. Item fictum unum librarum duarum papiensium quod omni anno in festo Sancti Martini dabatur et prestabatur ante concessionem praedictam dictae Ecclesiae Sancti Jacobi per Antoninum de Carpignano qui stat in Burgo Portae Sanctae Justinae de petia una boschi zerbi, et paludis quae est mansus unus videlicet perticae centum quadraginta quatuor posita inter Linarolum et Sanctum Damianum, cui coherent a mane Minister seu Hospitale Sancti Lazari, a meridie Ecclesia Sancti Primi, a sero heredes Zanini Butigellae et a nulla hora dicti heredes et Ecclesia Sancti Guliermi. Item fictum unum librae unius et solidorum quatuor papiensium, quod ante concessionem praedictam omni anno in festo Sancti Martini dabatur, et prestabatur dictae Ecclesiae Sancti Jacobi per Dominam Thomainam de Maletis uxorem Simonini de Ferrariis de petia una vineae perticarum sex vel circa, posita in suprascripto clauso, cui coherent ab una parte Sirus . . . fictabilis ut supra, ab aliis duabus partibus strata, et ab alia Ubertonus Ozilia. Item fictum unum starii unius sicalis quod omni anno in festo Sancti Martini ante suprascriptam concessionem dabatur et prestabatur dictae Ecclesiae Sancti Jacobi per Sibillinam de Massarotis filiam quondam Zanini et uxorem Antonii Ferrarii de petia una vineae, quae solebat esse terra nasia perticarum sex vel circa posita in Campanea Papiae in presa mezana, cui coherent ab una parte strata laudensis, ab alia parte heredes Laurenteli Bozardi in parte et in parte illi de Barzono. Item fictum unum librarum undecim papiensium et polastri unius quod omni anno in festo Sancti Martini dabatur et prestabatur dictae Ecclesiae Sancti Jacobi ante concessionem praedictam per Zaninum Provincialem de Pancharana dictum Paginum de petia una terrae et prati perticarum quadraginta jacente super poderio Pancharanae apud dictum locum, cui coherent a mane Ruffenelus Regalis, a meridie Sancta Maria in pertica, a sero Ecclesia Pancharanae, a nulla hora Ruffenelus predictus, et Johannes Petrus de Lege. Item de petia una boschi super dicto poderio Pancharanae jacente ubi dicitur ad campum delocha, cui coherent a mane Dominus Prepositus Sancti Oldrici, a meridie bo-

schus Vigueriae, a sero Barnabas de Ghilinis, et a nulla hora idem Dominus Prepositus quantacumque sit. Item fictum unum solidorum novem papiensium, quod omni anno in festo Sancti Martini ante concessionem praedictam dabatur et prestabatur dictae Ecclesiae Sancti Jacobi per Lafranchinum de Preottonibus filium quondam Guliermi de tribus pezzolis vinearum jacentibus in Campanea Papiae ubi dicitur in clauso Sancti Jacobi quae omnes sunt in summa perticarum decem novem, tabularum septem et pedes novem, et quarum duae simul se tenent et eis coherent ab una parte Jacobus Grassus seu habentes causam ab eo, olim fictabilis dictae Ecclesiae, ab alia costa prati campioni, ab alia strata et ab alia Domina Calderia, alteri petiae coherent ab una parte strata, ab alia dicta costa, ab alia suprascripta Domina, et ab alia Augustinus della Porta sive habentes causam ab eo. Item fictum unum librarum trium, et solidorum decem et octo papiensium, quod omni anno in festo Sancti Martini ante concessionem praedictam dabatur et prestabatur dictae Ecclesiae Santi Jacobi per Filippinum de Inzigneriis de domo una posita in Papia prope domum Prenedini de Marliano, cui coherent ab una parte strata, ab alia Cadrona, et ab alia Dominus Joannes Andreas de Castiliono. Item fictum unum librarum septem papiensium quod omni anno in festo Sancti Martini ante concessionem praedictam dabatur, et prestabatur dictae Ecclesiae Sancti Jacobi per Nicolinum Cornagiam de domo una murata et cupata posita in Papia in porta palacensi in parochia Sancti Nicolai in Verzario, cui coherent a duabus partibus jura dictae Ecclesiae Sancti Nicolai, ab alia Augustinus de Ranchis, ab alia Georgius filius quondam Andrini de Trizio. Item fictum unum solidorum decem papiensium, quod omni anno ante concessionem praedictam dabatur, et reddebatur dictae Ecclesiae Sancti Jacobi per Astulfinum de Astulfis de petia una vineae perticarum quatuor posita in Campanea Papiae prope clausum Sancti Spiritus, cui coherent a duabus partibus strata publica, ab alia Dominus Brunzius de Ubertariis, et ab alia Johanina uxor quondam Prini Mogni fictabilis ut supra. Item fictum unum solidorum septem papiensium quod omni anno in festo Sancti Martini ante concessionem praedictam dabatur et prestabatur dictae Ecclesiae Sancti Jacobi per Paulum Vegium de petia una vineae perticarum trium cum dimidia jacente prope Ecclesiam suprascriptam Sancti Jacobi, cui cohe-

rent a duabus partibus strata, ab alia pratum, quod solebat tenere Borgarelus Gattus, et ab alia quaedam straizola. Item fictum unum grossorum sex, et carri unius paleae quae solita est extimari grossis decem, et sic in summa librarum trium et solidorum quatuor papiensium, quod omni anno in festo Sancti Martini ante concessionem praedictam dabatur et prestabatur dictae Ecclesiae Sancti Jacobi per Priorem Sancti Simonis Papiae de certis terris et proprietatibus positis et jacentibus in locis et territoriis Castrizojosi, Turris de Scanatis et Feligariae, et in illis partibus et contratis de petia una terrae cultae, quae est perticae vigintiduae, et tabulae decem cum dimidia, cui coherent ab una parte Antonius de Schanatis in parte et in parte Domini Ysnardus de Petra et fratres, ab alia Ricardus de Nigris, et ab alia Antonius Saraxius. Item de petia una terrae quae est perticae octuaginta octo, cui coherent a duabus partibus suprascriptus Dominus Ysnardus, ab alia Antonius de Scanatis suprascriptus in parte et in parte illi de Salamonis, et ab alia strata regina. Item ibi prope de petia una terrae quae est perticae quinquaginta octo tabula una et pedes decem, cui coherent ab una parte suprascriptus Dominus Ysnardus, ab alia suprascriptus Antonius de Schanatis in parte et in parte .... et in parte illi de Salamonis suprascripti in parte et in parte suprascriptus Antonius de Schanatis, et ab alia strata publica. Item de petia una terrae posita in suprascripto territorio, quae est perticae sexaginta, cui coherent ab una parte paludes de Porcaria, ab alia praedictus Dominus Ysnardus, ab alia similiter in parte et in parte illi de Salamonis, et ab alia Dominus Ysnardus antedictus. Item de petia una terrae ubi dicitur in cavachabone, quae est perticae sexaginta octo et centum, cui coherent ab una parte Monasterium Sancti Salvatoris, et ab alia strata regina. Item de petia una terrae posita in suprascripta contrata, strata mediante, quae est perticae decem et septem, cui coherent ab una parte strata, qua itur ad Turrem de Schanatis, a duabus partibus illi de Lacadrona, sive habentes causam ab eis, et ab alia via publica. Item de petia una sediminis posita in dicto loco, quod est perticae tres, cui coherent a duabus partibus strata, ab alia dictum Hospitale, et ab alia Ecclesia Sancti Michaelis. Item de petia una terrae, quae est perticae triginta sex, cui coherent a duabus partibus strata, ab alia Dominus Lanterinus de Cazabo-

ne. Item de petia una terrae, quae est perticae decem et septem, posita in territorio Turris de Schanatis, ubi dicitur ad petiam domus de Nibio, cui coherent ab una parte strata qua itur ad paludes, et ab alia strata. Item de petia una terrae posita in dicto territorio, quae est perticae viginti septem, cui coherent ab una parte Monasterium Sancti Salvatoris praedicti, ab alia strata, ab alia Franceschonus de Tegnosis, et ab alia strata regina. Item de petia una terrae posita in dicto territorio quae est perticae duodecim et tabulae sex, cui coherent ab una parte strata, ab alia praedictus Dominus Ysnardus de Petra, ab alia Antonius de Schanatis, et ab alia strata regina. Item fictum unum solidorum duodecim papiensium, quod omni anno in festo Sancti Martini ante concessionem praedictam dabatur et prestabatur dictae Ecclesiae Sancti Jacobi per Perrinum Guarguagliam Canaterium pro Domina Johanna de Antiguis de sedimine uno posito prope Sanctum Paulum deversus Papiam quantumcumque sit et quibusvis coherentiis terminetur. Item fictum unum quartarii unius sicalis, quod dabatur et prestabatur ut supra per Pasquarinum de Garbatiis de pratis Vernabulae quantacumque sint, et quibusvis coherentiis terminentur. Item fictum unum librae unius, et solidorum quatuor papiensium, quod omni anno dabatur et prestabatur ut supra per Francischinum de Binascho de petia una prati, posita super territorio Sanctae Julettae quantacumque sit, et quibusvis coherentiis terminetur. Item de petia una vineae perticarum octo posita prope dictam Ecclesiam Sancti Jacobi, cui coherent ab una parte via, qua itur Laude, ab alia strata publica et ab alia strata qua itur in prato campiono, et generaliter omnes alias terras, proprietates, possessiones, ficta, domus, proventus, redditus, census, decimas, iurisdictiones ac jura quaelibet spectantes et pertinentes, ac spectantia et pertinentia, et quae ante concessionem de qua supra dictae Ecclesiae Sancti Jacobi spectabant et pertinebant, et ullo modo spectare et pertinere visa sunt, et dicerentur ubicumque sint et jaceant et in quibusvis locis esse sita reperiantur, et sive his aut aliis quibuscumque coherentiis et contratis sint et terminentur, exceptis tamen fundis, terris, et proprietatibus illis, qui et quae in dicta concessione facta Fratribus suprascriptis Ordinis Minorum de Observantia nuncupatis continentur, et descripta sunt in quibus per presentem unionem non intendit idem Dominus Episcopus aliquid innovare, sed sint et remaneant in ipsa concessione, et di-

ctae Ecclesiae Sancti Jacobi modis, et formis in ipsa concessione annotatis, reservatis etiam, et exceptatis terris, proprietatibus, et illis juribus, quae pertinent, et spectant Bertramino de Meda clerico dictae Ecclesiae Sancti Jacobi, quae vivente ipso Bertramino non includantur, nec includi intelligantur in hujusmodi unione, imo ipsius clerici sint, et ad ipsum spectent, et pertineant quoad vixerit, eo vero cedente, vel decedente sint, et unita esse intelligantur prefatae Capellae Sanctae Martae cum voluntate, consensu, deliberatione, et auctoritate suprascriptorum Dominorum Praepositi, Canonicorum, et Capituli Ecclesiae papiensis, et ex causa et merito presentis unionis, et incorporationis prefatus Dominus Episcopus cum voluntate consensu, et deliberatione Dominorum Praepositi, Canonicorum, et Capituli predictorum cessit, dedit, mandavit, et cedit, dat et mandat prefatae Capellae Sanctae Martae, et futuro cuilibet . . . . Capellano ac mihi notario uti publicae personae nomine et vice, et ad partem, et utilitatem dictae Capellae, et futuri per tempora cujuslibet Capellani stipulanti, et recipienti omnia jura, omnesque actiones, et rationes, usus, et defensiones, vendicationes, et retentiones utiles et directas, reales et personales, mixtas et ypothecarias, et alias quascumque eidem Ecclesiae Sancti Jacobi ejusque Rectoribus, et ministris dictoque clerico, cedente illo ut perfertur vel decedente prefatisque Dominis Episcopo, Praeposito, Canonicis, et Capitulo in et supra dictis domibus, terris proprietatibus, possessionibus, fictis, et juribus suprascriptis quomodolibet ante concessionem de qua supra factam pertinentia, et spectantia ac spectantes et pertinentes, et quae competere et spectare ullo modo visa sunt et dicerentur contra datores suos et datorum suorum datores et eorum fidem jussores, heredes, res, et bona et contra quamcumque personam ac rem pro predictis omnibus, et singulis, et eorum juribus eorumque occasione constituens, et faciens idem Dominus Episcopus cum voluntate, consensu et deliberatione predictis dictam Capellam, et Sacerdotale perpetuum beneficium suprascriptum, ac Capellanos qui per tempora fuerint ad ipsam Capellaniam et me notarium infrascriptum nomine dictae Capellae et Capellanorum, qui per tempora fuerint stipulantes missos et procuratores ut in rem suam propriam eosque Capellam Capellanos qui per tempora fuerint, et me notarium dicto nomine stipulantem et acceptantem . . . . dictique Capellani, et prefatae Ecclesiae Sancti Jacobi ante sepedictam

concessionem locum, jus, et statum ponens, et faciens de predictis ita quod ipsa Capella, et Sacerdotale perpetuum beneficium suprascriptum, et Capellam ibidem per tempora instituendi perpetuis, et successivis temporibus in locum, jus, et statum ipsorum Dominorum Episcopi, Praepositi, Canonicorum, et Capituli ac Ecclesiae Sancti Jacobi suprascriptae ante concessionem de qua supra sint et succedant, et per omnia esse debeant praedictaque ficta eorumque perceptiones, et jura, dictasque domos, terras, proprietates et jura ex quibus ficta redduntur cum omnibus eorum accessibus, ingressibus, et regressibus, usibus, utilitatibus, juribus, et pertinentiis quantum ad directum dominium, et civilem possessionem, eas vero terras, et proprietates domos, et jura, ex quibus ficta perpetua non redduntur, nec prestantur quantum ad directum, et utile dominium, civilemque, et naturalem possessionem, et ad omnia alia dictis Dominis Episcopo, Praeposito, Canonicis, et Capitulo, ac Ecclesiae predictae Sancti Jacobi ante predictam concessionem in dictis domibus, proprietatibus, fundis, possessionibus, terris, fictis, ac juribus quomodolibet spectantia, et pertinentia habeant teneant gaudeant et possideant et in eis, et de eis faciant quidquid voluerint sine dictorum Dominorum Episcopi, Praepositi, Canonicorum, et Capituli ac Ecclesiae Sancti Jacobi suprascriptae, suorumque successorum, et heredum et cujuslibet alterius personae contradictione et cum sua suorumque successorum et heredum legittima defensione ab omni contradicente persona, Comuni, Collegio et Universitate de jure, et ita promiserunt, et promittunt prefati Domini Episcopus, Praepositus, Canonici, et Capitulum mihi Notario stipulanti, et nomine dictae Capellae recipienti ipsique Capellae attendere, et observare obligando ad haec omnia sua bona presentia, et futura pignori, quam quidem Capellam seu quod Sacerdotale beneficium idem Dominus Episcopus fundavit, et fundat ac erexit, et erigit cum et sub infrascriptis pactis modis, et formis appositis in principio, medio et fine hujus contractus, et per totum hunc contractum, et alias non facturus, primo videlicet quod Capellani nominatio, et presentatio ad Capellam ipsam cum per tempora vacare contigerit pertineat, et spectet ad Capitulum ipsius majoris Ecclesiae papiensis, confirmatio autem ipsius sit, et spectet ac pertineat Episcopo papiensi, qui per tempora fuerit, item quod instituatur talis Capellanus, qui sit idoneus, et sufficiens, bene litteratus, et

bene cantare sciens, in Sacerdotio existens, honestae vitae, aptusque, et instructus ad organorum pulsationem. Item quod Capellanus ipse, qui per tempora fuerit, non possit habere beneficium curatum aliquod, vel incumpatibile cum dicta Capella, alia autem simplicia beneficia possit, et valeat obtinere. Item quod Capellanus ipse qui ad ipsam Capellam per tempora fuerit institutus teneatur et debeat ad ipsam Capellam continuam facere residentiam et die nocteque divinis officiis interesse cum Praeposito, Canonicis et Capitulo dictae majoris Ecclesiae horis Canonicis diurnis pariter et nocturnis, et celebrare omni hebdomada saltem missas quatuor ad dictum Altare Sanctae Martae videlicet die lunae pro mortuis, et anima ipsius Domini Episcopi fundatoris, et defunctorum suorum, dummodo non fuerit festum solemne propter quod expediat dimittere missam pro mortuis, aliam in die mercurii, aliam in die veneris, aliam vero, et quartam in die dominica, possint tamen Praepositus, Canonici, et Capitulum, cum licentia Episcopi qui per tempora fuerit, mutare dies ipsos celebrationis, et aliter reformare si et pro ut eisdem melius visum erit. Item quod ipse Capellanus non possit nisi justa causa subsistente se absentare a servitio dictae Capellae absque licentia spetiali prefati Capituli ultra dies decem, quo casu teneatur per alterum facere deservire ipsae Capellae sumptibus dictae Capellae, et si ultra dictos dies decem steterit absens a dicta Capella per unum mensem continuum absque licentia dicti Capituli sit suspensus a fructuum perceptione, quo casu fructus ipsi applicentur pro parte, videlicet pro medietate ipsi Capitulo majoris Ecclesiae, pro alia vero medietate convertantur in utilitatem ipsius Capellae dum tamen Capitulum ipsum interim faciat celebrare, et si in suspensione hujusmodi duraverit per dies quindecim sit ipso jure et facto privatus dicta Capellae et omnibus juribus in ea sibi quolibet modo competentibus, et eo casu suprascriptae absentiae possint Praepositus et Capitulum alium Capellanum nominare, et presentare et ipsius nominati et presentati a Rev.mo Patre Domino Episcopo papiensi confirmationem petere, et ad ipsam Capellam alium instituere. Item quod Capellanus ipse infra unum mensem postquam fuerit institutus teneatur et debeat inventarium facere de bonis et rebus ac juribus ipsius Capellae tam mobilibus, quam imobilibus, et hoc post adeptam possessionem pacificam dicti beneficii, et illud in publicam formam tradere Praeposito,

et Capitulo antedictis. Item quod non possit idem Capellanus aliquo modo vel titulo locare proprietates dictae Capellae, seu aliquam partem ipsarum in henfiteosim vel ad fictum perpetuum alicui personae, Comuni, Collegio vel Universitati, et si fecerit locatio ipso jure nulla sit, sed ad annos novem dumtaxat hoc facere possit cum licentia et deliberatione Dominorum Praepositi, Canonicorum et Capituli predictorum Ecclesiae papiensis, aliter autem non valeat ipso jure locatio, et concessio hujusmodi et ipso jure cadat ab omni jure, et ab omnibus juribus dictae Capellae, ac privatus esse intelligatur. Item quod quandocumque contingat dictam Capellam suo Capellano vacare, teneantur Praepositus, et Capitulum dictae Cathedralis Ecclesiae nominare, et presentare Domino Episcopo papiensi personam literatura, et moribus sufficientem Sacerdotali ordine constitutam organorumque pulsatione instructam eadem organa propulsari, et hoc infra mensem unum proximum a die notitiae habitae de vacatione dictae Capellae, et quo casu dicti Domini Praepositus et Capitulum non ita fecerint, sed fuerint remissi et negligentes ad nominationem, et presentationem predictas, et ad petendam confirmationem talis nominati, et presentati infra dictum mensem fieri a prelibato Domino Episcopo, tunc et eo casu pro illa dumtaxat vice, jus, et facultas seu potestas conferendi ipsum beneficium devoluta sit et ipso jure intelligatur ad prefatum Dominum Episcopum papiensem, et instituendi pro illa vice dumtaxat quem voluerit Capellanum ad Capellam predictam, et ubi idem Dominus Episcopus per alium mensem post supradictum fuerit negligens similiter, et remissus ad provisionem, collationem et institutionem hujusmodi tunc et eo casu jus, et facultas nominandi, et presentandi revolvatur, et revertatur ad prefatos Dominos Praepositum, Canonicos, et Capitulum. Item quod quilibet Capellanus qui per tempora fuerit institutus ad Capellam ipsam teneatur jurare in manibus dictorum Praepositi, et Capituli vel Episcopi attendere et servare contenta et expressa in dotatione, et fundatione ipsius Capellae. Ceterum dicti Domini Praepositus, Canonici, et Capitulum pro se et successoribus suis, et nomine totius Capituli ex nunc assignaverunt, et tradiderunt, et assignant, et tradunt eidem Domino Episcopo fundatori pro habitatione futuri Capellani Capellae predictae illam cameram quae est . . . . concesseruntque, et concedunt sibi pro futuris Capellanis perpetuis, et successi-

vis temporibus possit uti coquina comuni dicti Capituli pro decoquendo sibi cibaria necessaria quando non fiet coquina in comuni dicti Capituli, et si et quando fiet coquina in comuni que appellatur Bertraurus, quod detur, et dare promiserunt dictis futuris Capellanis ad Capellam ipsam instituendis, ut dabitur aliis Capellanis ejusdem Ecclesiae, ipso Capellano solvente camerario dicti Capituli singulis annis quibus fiet et dabitur ipsa coquina sibi tantum quantum solverint alii ejusdem Ecclesiae Capellani. Insuper prefatus Rev.mus Pater et Dominus Dominus Episcopus, et comes promisit, et promittit dictis Dominis Praeposito, Canonicis, et Capitulo fulcire dictam Capellam calice, missali, paramentis, et aliis sibi expedientibus pro celebratione missarum, et ubi morte preveniente hoc non fecerit, vult, et disponit quod de primis fructibus seu proventibus, et redditibus percipiendis ex bonis eidem Capellae unitis, et incorporatis aut ut prefertur in dotem per eum dandis, et assignandis, cum autem predicta, et eidem Capellae assignentur antequam fiat provisio et collatio de dicta Capella, et quod eo tempore durante non currat tempus dicto Capitulo super hujusmodi nominatione, vel presentatione facienda, nec similiter currat tempus Domino Episcopo papiensi, qui per tempora fuerit super provisione, et collatione hujusmodi facienda. De quibus omnibus idem Dominus Episcopus mandavit, dictique Domini Praepositus, Canonici, et Capitulum rogaverunt per me jam dictum et infrascriptum Notarium debere confici publicum instrumentum presentibus venerabili, et spectabili, ac circumspectis viris Dominis Ottobono de Sachis Dei gratia Monasterii Sancti Salvatoris extra et prope Papiam Abbate, Christoforo de Pischariis Juris utriusque Doctore, Johannolo de Gironis Ecclesiae Sancti Johannis Donnarum Praeposito Papiae, Joanne de Oliariis causidico papiensi et Leonardino Simonini de Grassis prefati Domini Episcopi domicelo et aliis pluribus testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

1456, 8 ottobre.

IV. *Guniforto Toredano frate del terz' Ordine di s. Francesco, costituito dal Vicario vescovile Commissario Visitatore delle chiese della città e diocesi di Pavia, riceve pieni poteri per la Cattedrale dai Canonici di essa.*

Bellotus de Oltrona Archidiaconus, Dominicus de Lacosta Archipresbyter, Gufredinus de Strata, Raphael de Bosiis decretorum doctor, Matheus de Canevariis, Franciscus de Assio, Antonius de Alasia, Barnabas de Stanchis et Bartholomeus de Nigris omnes canonici prebendati ecclesie majoris papiensis in unum convocati et congregati more solito pro negotiis venerabilis Capituli et ecclesie prefate papiensis specialiter peragendis, facientes et representantes totum et integrum capitulum ejusdem ecclesie. Dilecto nobis in Christo fratri Guniforto de Toredano tertii ordinis sancti Francisci salutem et virtutum tuarum incrementum. Attendentes meritorum tuorum intuitu te per venerabilem et sapientem decretorum doctorem dominum vicarium Reverendissimi Domini Domini Episcopi papiensis et comitis officialem et comissarium super universis ecclesiis civitatis et diocesis papiensis super opere de quo infra, fore deputatum, ideo comissionem ipsam validantes et firmam tenentes respectu nostre ecclesie cathedralis quo ad omnes effectus, et cum ecclesias omnes, que domus Dei et orationis nuncupatur, sanctitudo deceat et dignum sit quod locus in qua habitat Deus omni immunditia careat, nihilque committatur in eo quod oculos divine majestatis offendat, cultus divinus inibi cum omni debita veneratione celebretur, debeatque in eo esse humilis et devotus fidelium ingressus, quieta conversatio Deo grata, et inspicientibus placida, que considerantes non solum instruat sed etiam reffiiciat. Sed proh dolor sicut audivimus et nostris oculis sepe vidimus nedum sordibus plena invenitur prefata nostra ecclesia et etiam occupantur fores ejusdem per vendentes super eis adeo quod aliquando in eis ingressus haberi non potest, sed quod deterius est plurima que cessare deberent committuntur in ea, non solum enim publica parlamenta, sed et rixe ac contemptiones, fedaque et prophana colloquia fiunt in eis, negotiationes insuper et nundine que vix sine peccato valent ubilibet exerce-

ri, sepius exercentur, vasa prophana, utensilia domus, vinum, fenum, granum et alia victualia colocantur, aliaque plurima committuntur illicita per que divinum sepe turbatur officium, offenditur Deus et populus scandalizatur, dum in locis peccata committi perspicitur, in quibus debet peccator veniam postulari. Volentes igitur tantis malis sicuti tenemur quantum possumus obviare in ecclesia nostra cathedrali ac pertinentiis suis et non valentes aliis prepediti negotiis huic honesto operi superesse, confisique de tua ferventi devotione et solerti diligentia, te a presenti die in antea usque ad unum annum proxime futurum, et deinde usque ad nostrum beneplacitum super hoc opere et fabrica prefate ecclesie officialem constituimus ordinamus et deputamus et tibi in et pro premissis adimplendis vices nostras comittimus per presentes concedentes tibi omnimodam auctoritatem, potestatem et baliam quoscumque consios, culpabiles et delinquentes in aliquo premissorum in ecclesia nostra prefacta nec non et extra ecclesiam ipsam de pertinentiis et juribus ecclesie spectantibus contra jus et immunitatem occupantes, expellendi, puniendi, mulctandi et cohercendi si aliquod ex premissis commiserint invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis prout tibi de jure melius visum fuerit, ut ecclesia nostra prefata uti decet bene munda et ornata permaneat. In quorum testimonium presentes fieri fecimus in formam publici documenti per Ludovicum de Lege notarium publicum instrumentum et sigilli prefati capituli munimine roborari ad majorem credentiam premissorum.

Datum et actum Papie in sacristia prefate nostre ecclesie deversus altare sancti Stephani anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto indictione quarta die veneris octavo mensis octobris hora parum post vesperas presentibus Joanne Antonio de Albariciis sacristano dicte ecclesie, Petro de Vallaria et Georgio de Denariis fil. q. Imblanati ambobus de loco pancharane diocesis papien. inde testibus notis et idoneis.

Ego Ludovicus de Lege f. q. Joannis Petri publicus papien. imperialique auctoritate notarius premissis omnibus et singulis, dum sic ut premittitur agerentur et fierent una cum prenominatis testibus interfui eaque sic fieri vidi et audivi, et in hanc publicam formam presentis documenti redegi, scripsi et me subscripsi signoque meo solito tabelionatus signans in fidem et testimonium premissorum.

1457, 9 marzo.

V. *L' arciprete del Capitolo cattedrale Domenico Costa nella sua qualità di sindaco della fabbrica di S. Siro costituisce suo speciale procuratore il frate Guniforto Toredano.*

In nomine Domini amen. Anno a nativitate Domini millesimo quatricentesimo quinquagesimo septimo indictione quinta die nono mensis martii hora none in Papia videlicet in palatio Comunis domini potestatis Papie ven. honoran. dominus presbyter Dominichus de Costa archipresbyter ecclesie majoris Papie ac sindicus et procurator ac sindacario et procuratorio nomine fabrice dicte ecclesie majoris ad hoc et alia constitutus ut apparet instrumentum ipsius sindicatus sicut procurator fieri rogatum anno indictione, die et mense in eo contentis per Johannem Jacobum de Rovarinis notarium papiensem citra revocationem procuratorum et sindicorum dicte fabrice ordinatorum sed potius eos confirmando omni jure via modo forma causa quibus melius et validius potuit et potest, ordinat constituit deputat creat substituit fratrem Bonifortum de Toredano habitantem Papie ibi presentem et onus presentis mandati acceptantem suum certum missum nuntium procuratorem ac sindicum et dicte fabrice et quidquid melius et jure dici et esse potest ad omnes et singulas causas lites questiones controversias et discordias civiles et criminales quas ipse constituens habet et habiturus est nomine dicte fabrice cum quacumque persona et personis, ecclesia, comuni, collegio et universitate et in quocumque loco foro et jurisdictione et sub quolibet judice officiali et rectore ecclesiastico seculari ordinario commissario delegato subcomissario subdelegato executore et subexecutore apostolico et delegato fideicomissario arbitro arbitratore et amicabiliter compositore videlicet ad agendum petendum defendendum placitandum opponendum demandandum requirendum intimandum et protestandum libellos et petitiones in scriptis dandum et recipiendum literas et lites contestandum poxitiones et capitula faciendum et ipsis respondendum opponendum questiones contrarias faciendum et comissiones fieri faciendum per sacramentum calumpnie et veritatis et cujuslibet alterius generis sacramentum faciendum et aliis et aliis prestandum defendendum et reficiendum in et super animam

ipsius domini constituentis et ceteros omnes et singulos actus necessarios et debitos ad causas et in causis apponi solitis et prout stilus ordo consuetudo et natura causarum in similibus apponi et inseri postulant et requirunt sententiam et sententias proferri petendum audiendum omologandum executioni mandari postulandum appellandum demandandum et appellationes proscindendum apostolicas et literas demissorias petendum et ad fidejubendum et fidejussiones pro ipso constituendum et dicte fabrice dandum et prestandum. Item et specialiter pro ipsa fabrica et ejus nomine et ad instantiam et petitionem ejus dicti sui sindici et procuratoris in judicio et extra ad habendum petendum exigendum et recuperandum ac consequendum ac habuisse et recepisse confitendum a quibuscumque debitoribus ipsius fabrice ubilibet stantibus in quibusvis nuncupatis omnium denariorum et rerum quantitatem sibi dare debentibus quomodocumque et qualitercumque cum carta et scriptura et sicut et quatenus causa et occasio que dici et cogitari possit et ad faciendum ipsis debitoribus et cuilibet eorum confessionem liberationem quietationem sive remissionem et pactum de ulterius non petendo, de recepto et ad renunciandum exceptioni non habite pecunie et non numerate et rei speique future habitionis et non facte confessionis etiam actuali datione, et reali numeratione non jure venienti et ad fieri jubendum et rogandum de premissis instrumentum et plura per notarium et plures cum omnibus solempnitatibus renuntiationibus, clausulis debitis et opportunis et apponi solitis cum quibus et prout ipsi procuratori substituto melius videbitur, et placuerit, et generaliter et specialiter ad ea omnia et singula que ad causas et causarum merita, et que de predictis circha predicta et quodlibet predictorum ac inde pendentibus cum gentibus et connexis ab eis spectant et pertinent procurandum petendum confitendum et que ipsemet procurator et agentes pro ipsa fabrica exercere possunt si presentes essent, etiamsi talia forent que mandatum specialius et generalius requirerent dans concedens et comittens ipse procurator dicto nomine ipsi procuratori substituto in predictis tantum plenum liberum generale et speciale mandatum in plena libera generali et speciali administratione ac totaliter omnimodas vices ipsius fabrice promittens ipse procurator dicto nomine mihi notario infrascripto ut publice persone recipienti et stipulanti nomine et vice quorumcumque interest et intererit quomodolibet

in futurum se ipsum procuratorem dicto nomine totum quodquod per dictum procuratorem substitutum procuratum petitum et confessum fuerit ratum gratum firmum et stabile habiturum, et quod habebit tenebit et observabit sub reffectione omnium et singulorum dampnorum interesse expensarum litis et extra et sub ipotecha et obbligatione omnium bonorum ipsius fabrice. Et volens ipse procurator dicto nomine dictum procuratorem ab omni onere satisdationis relevare substitutum pro eo promisit et fidejussit in omni casu causa et eventu litis et extra, ac de juditio sisti judicato solvens. De quibus ipse procurator constituens dicto nomine et dictus procurator substitutus hanc cartam mihi fieri jusserunt et rogaverunt presentibus Augustino de belcredo et Johanne de garaldis filio magistri Melchionis inde testibus.

Ego Julianus de toredano filius domini Anselmi publicus papiensis imperialique auctoritate notarius hanc cartam mihi fieri jussam rogatus tradidi et scripsi.

1460, 1 giugno.

VI. *Circolare del Capitolo cattedrale, emanata in vacanza della sede vescovile, nella quale è concessa l'Indulgenza di 40 giorni agli abitanti della città e diocesi di Pavia, che avranno concorso colle loro limosine al compimento della fabbrica del civico Ospedale grande di S. Matteo della Pietà.*

Capitulum Ecclesiae papiensis episcopali sede vacante. Universis et singulis Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Archipresbyteris, aliisque ecclesiarum civitatis et dioecesis papiensis Rectoribus et Ministris, eorumque locatenentibus ad quos presentes pervenerint. Salutem in Domino. Quoniam ut ait Apostolus omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus sive bonum fuerit sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire, ac eternorum intuitu id seminare in terris quod reddente Domino cum multiplicato fructu recoligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus vitam metet eternam. Cum itaque hospitale magnum nomine *magnum* prope sanctum Matheum sub vocabulo pietatis sancti Mathei civitatis Papie, jam fundatum et pro parte hedificatum et in quo

magna preparatoria cotidie fabricantur pro peregrinis hospitandis, pauperibus confovendis, egrotis medendis, et qui magnis subsidiis indiget, aliisque laudabilibus pietatis et devotionis operibus continue exercendis, ad que fienda et suportanda magna et maxima subsidia sunt necessaria et opportuna et pro eis adimplendis multe et varie indulgentie tam per Summum Pontificem quam per nonnullos Reverendissimos Dominos Cardinales et Episcopos sunt concesse ut constat publicis bullis et literis patentibus. Idcircho universitatem vestram requirimus et ortamur in Domino vobis et singulis vestrum in remissionem pecaminum firmiter injungentes ut cum fratres et nuntii dicti hospitalis has nostras literas deferentes ad vos venerint elemosinas et alia caritatis subsidia petituri eos benigne recipiatis et favorabiliter pertractetis, populosque vobis comissos inducatis verbo pariter et exemplo ad benefaciendum eisdem. Et etiam vos de bonis vobis a Deo collatis eis pias elemosinas elargiri curetis ut per hec et alia bona que Domino inspirante feceritis possitis vos et ipsi felicitatis gaudia promereri, et tam laudabilia opera que jugitur exercentur in dicto hospitali, ad optatum finem perduci valeant et infirmi in eo existentes mederi possint et de bono in melius suscipiant incrementum, volumus autem quod si qui falsi questores ad vos venerint sine literis hujusmodi nostris pro elemosinis acquirendis eos cum rebus suis detineri et nobis presentari faciatis pro suis demeritis puniendos. Quique die illa qua fratres et nuntii predicti hospitalis ad vos venerint cum his nostris literis pro elemosinis acquirendis nullum alium questorem admittatis nisi forte prevenisset eosdem. Et insuper permittatis ipsos fratres et nuntios indulgentias et privilegia dicti hospitalis nuntiare, et si fuerint diaconi aut sacerdotes intra populos vobis comissos predicare et verbum Dei divulgare. Vos enim de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum, ejus, ac beati Siri confessoris patroni ed advocati nostri precibus et meritis confidentes universis et singulis Christifidelibus vere penitentibus et confessis qui dictis fratribus et nuntiis dicti hospitalis manus porrexerint caritatis adjutrices quadraginta dies de injunctis eis penitentiis misericorditer in Domino relaxamus per presentes usque ad unum annum proxime futurum et non ultra valituras. In quorum testimonium presentes fieri jussimus et registrari no-

strique sigilli appensione muniri ad majorem credentiam premissorum.

Dat. Papie in episcopali palatio die primo Junii millesimo quadringentesimo sexagesimo Indictione octava.

Petrus Monbretus curie episcopalis papien. cancell. subscript.

1472, 4 settembre.

VII. *Il Capitolo cattedrale di Pavia dichiara di essere stato soddisfatto delle prestazioni di cera dovuta alla sagrestia di S. Siro dal frate Guniforto Toredano nella sua qualità di procuratore della fabbrica del Duomo.*

In nomine Domini amen. Anno a nativitate ejusdem Domini millesimo quatrincentesimo septuagesimo secundo indictione quinta die quarto mensis septembris hora vesperarum. In civitate Papie videlicet in sacristia majoris ecclesie papiensis sita deversus gradum et altare Sancti Stefani suprascripte ecclesie. Ibique venerabiles domini presbyteri Johannes Marcus de Privolis archidiaconus, Dominichus de Lacosta archipresbyter nec non Matheus de Canevariis, Antonius de Alaxia, Francischus de Sancto Nazario cantor, Nicolaus de Pegio, Franciscus de Pizo et Vincentius de Episcopo omnes canonici prebendati dicte majoris ecclesie facientes majorem partem totius capituli dicte ecclesie nominibus eorum et nomine totius dicti capituli fuerunt confessi et confitentur versus d. fratrem Gunifortum de Toredano civem et habitatorem civitatis Papie tertii ordinis Sancti Francisci presentem et hec omnia stipulantem se se ipsos dominos archidiaconum ac archipresbyterum et canonicos suis et dicto nomine habuisse a dicto d. fratre Guniforto plenam et integram solutionem satisfactionem et bonam rationem totius ejus quod a presenti hora retro dictum capitulum hic deberet a dicto d. fratre Guniforto et eidem d. fratri Guniforto petere posset occaxione cere ac de et pro cera et sacristia Sancti Siri dicte majoris ecclesie spectantis dictis capitulo et sacristie. Item dicunt confitentur et protestantur prefati domini presbyteri et canonici suis et dicto nomine quod eisdem sacristie et capitulo per dictum d. fratrem Gunifortum redita sunt et est bona ratio intrate dicte cere a presenti die retro liberantes a presenti hora retro a dicto officio intrate dicte cere dictum d. fratrem Gunifor-

tum qui ex nunc ab hodie in antea spernit et renuntiat dictis officio sacristie intrate dicte cere Sancti Siri in manibus prefatorum dominorum presbyterorum presentium et acceptantium. Renuntiando exceptioni predictorum omnium non ita gestorum et non habite dicte integre solutionis et spei future habitionis et omni alii juri et deffensioni ac omnibus probationibus testium contra predicta omnia et singula de quibus hanc cartam dicti domini archidiaconus archipresbyter et canonici suis et dictis nominibus ac d. frater Gunifortus mihi fieri rogaverunt presentibus Aluisio de Stezano de Pergamo cive papien. f. q. Fachini mansionario dicte majoris ecclesie papien. et m. Bertramo de Binascho m. a lignanis in Pap. f. q. Johannis inde testibus.

Ego Henrighetus de Boscho f. q. d. Uberti publicus papien. imperialique auctoritate notarius hanc cartam mihi fieri jussam rogatus tradidi scripsi et subscripsi.

Eisdem anno et indictione die hora loco et testibus suprascriptis. Ibique venerabilis d. presbyter Dominichus de Lacosta archipresbyter dicte majoris ecclesie sindacus et procurator ac sindacario et procuratorio nomine ad hec et alia ut asserit specialiter constitutus fabrice dicte majoris ecclesie et ejus Episcopatus per cartam rogatam Johanni Jacobo Roverino olim notario papiensi fuit confessus et confitetur versus d. fratrem Gunifortum de Toredano tertii ordinis Sancti Francisci presentem et hec omnia stipulantem se ipsum sindicum dicto nomine habuisse a dicto d. fratre Guniforto plenam et integram solutionem et satisfactionem ac rationem totius ejus quod eidem domino fratri Guniforto petere posset et ab eo habere deberet a calendis januarii proxime futuris retro occaxione fabrice predicte et pro causa omnium et singulorum per eum d. fratrem Gunifortum gestorum et administratorum et habitorum in et pro dicta fabrica et ejus officio quibus dictus dominus frater Gunifortus renuntiavit et renuntiat liberans dictum d. fratrem Gunifortum ab omnibus habitis et administratis pro dicta fabrica hinc retro. Et hoc presentibus audientibus et consentientibus dictis dominis archidiacono archipresbytero et canonicis dicte majoris ecclesie. Renuntiando exceptioni predictorum omnium non ita gestorum et habitorum et spei future habitionis et omni alii juri et deffensioni ac omnibus probationibus testium contra predicta omnia et singula: de quibus hanc cartam dicti domini presbyter Dominicus dicto nomine cum consensu predicto et d. fra-

ter Gunifortus mihi fieri rogaverunt presentibus testibus suprascriptis inde testibus.

Ego Henrighetus de Boscho f. q. d. Uberti publicus papien. imperialique auctoritate notarius hanc cartam mihi fieri jussam rogatus tradidi scripsi et subscripsi.

1480, 15 settembre.

VIII. *Un anno dopo la morte del Cardinale Giacomo Piccolomini vescovo di Pavia, durante la vacanza della Sede vescovile, il Capitolo della Cattedrale rinnova la nomina del Vicario generale e di altri ufficiali, come pure dei Podestà di Rozasco, Stradella, Cecima e Casorate. (Estratto da un libro capitolare in pergamena intitolato* Registrum vetus ab anno 1339 usque ad annum 1483. *)*

Congregato Capitulo Ecclesie Papiensis (ut moris est) die Veneris 15 Septembris in quo erant omnes infrascripti videlicet DD. Jo. Mattheus de Privolis Decretorum Doctor Archidiaconus, Dominicus Costa Archipresbyter, Franciscus de Sancto Nazario Cantor, Franciscus de Piro decretorum Doctor, Bartolomaeus de Nigris, Vincentius de Episcopo, Laurentius de Ferrariis, Jacobus de Codalo, Franciscus de Alasia, Jo. Antonius de Albaritiis omnes canonici dicte Ecclesie facientes et representates totum Capitulum dicta die Veneris renovaverunt omnes officiales creatos per ipsum Capitulum propter mortem Reverendissimi quondam D. D. Jacobi Piccolominei Cardinalis et Episcopi Papiensis, qui obiit anno preterito die 9 Septembris, quia ad ipsum Capitulum spectat talis dispositio Sede episcopali vacante et de novo creaverunt, fecerunt et constituerunt prout infra, ut patet Instrumento rogato D. Antonio de Canibus Sindico ipsius Capituli anno et die 15 suprascripti presentis mensis Septembris, videlicet suprascriptum D. Jo. Mattheum Archidiaconum in Vicarium Generalem in spiritualibus cum salario consueto, D. Franciscum de Piro in Vice Cancellarium, si consenserit infrascriptis (sed quia non consensit) confirmaverunt prefatum D. Archidiaconum una Vicariatu, Potestarium Rozaschi deputaverunt D. Bartholameo de Nigris, Iconomatum D. Laurentio de Ferraris, Castellanum Stratellae D. . . . . Potestariam Stratellae D. Jacobo de Codalo, Potestariam Cecimae

D. Jo. Antonio Albaricio, Potestariam Casorati D. Francisco de Alasia, cui electioni et deputationi consenserunt omnes suprascripti de Capitulo exceptis D. Archipresbytero, Cantore, Francisco de Piro et Vincentio de Episcopo. Et quia major pars obtinuit pro dicta electione, ideo factum fuit Instrumentum per suprascriptum D. Antonium de Canibus, et dictus D. Archidiaconus eadem met die adeptus est possessionem Vicariatus ad laudem summi aeternique Dei Amen.

Postea vero paulo post predicta dictus D. Vincentius ratificavit predicta ut patet Instrumento rogato Petro Simoni de Olevano.

1483, 25 ottobre.

IX. *Il Capitolo cattedrale della Chiesa pavese con l' intervento e l' autorizzazione del Canonico Bartolomeo Brunazio Vicario generale del Vescovo Ascanio Sforza istituisce e dota il Collegio dei Cappellani con determinate obbligazioni.*

In nomine Domini amen. Anno ab ejusdem Domini nativitate millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio Indictione prima die vigesimo quinto mensis octobris hora vesperarum in Civitate Papiae videlicet in Sacristia parva Ecclesiae Majoris Papiae deversus Altare sub titulo Sancti Stephani. Ibique in mei notarii testiumque infrascriptorum presentia et coram R. Decretorum Doctore Domino Bartolameo de Brunatiis Canonico Mantuano L. T. et Vicario Generali Reverendissimi et Illustr. D. D. Ascanii Sfortiae Vicecomitis Episcopatus et Ecclesiae Papiensis Ministri et Administratoris pro Tribunali sedente super quodam Bancho sito in dicta Sacristia, quod Banchum et quem locum praedictus D. L. T. et Vicarius pro ejus idoneo loco et Tribunali Bancho ad hunc actum et ad haec omnia et singula specialiter peragenda elegit et eligit. Convocato et congregato more solito et secundum consuetum ipsius Ecclesiae ven. Capitulo dictae Ecclesiae majoris pro infrascriptis et aliis negotiis dicti Capituli peragendis in quo quidem Capitulo fuerunt, erant et sunt Venerabiles DD. Joannes Mattheus de Privolis Decretorum Doctor Archidiaconus, Dominicus Costa Archipresbyter, Mattheus de Canevariis, Bartholameus de Nigris, Laurentius de Ferrariis, Jacob de Codalo, Jo: Antonius de Albaritiis, Joannes de Betiis omnes Canonici prebendati dictae Ecclesiae majoris Papiae fa-

cientes et representantes majorem et saniorem partem dicti Capituli et Canonicorum residentium dictae Ecclesiae facta prius debita citatione de Canonicis dictae Ecclesiae per Bertraminum de Herba Sacristam dictae Ecclesiae qui retulit se citasse omnes Canonicos dictae Ecclesiae ad Cameras residentiarum suarum, et reperuisse multos ex eis fore absentes et maxime Venerabiles DD. Nicolaum de Morbio prepositum dictae Ecclesiae, Franciscum de Surso, Dominicum de Lonatis, et D. Bartholomeum de Aliprandis Canonicos et D. Franciscum de S. Nazario Cantorem predictae Ecclesiae, et D. Franciscum de Alasia qui DD. Archidiaconus Archipresbiter et Canonici ut supra facientes et representantes majorem et saniorem partem dicti Capituli et Canonicorum residentium predictae Ecclesiae, ut sic dicunt et protestantur expresse, dixerunt et exposuerunt ac dicunt et exponunt praedicto D. L. T. et Vicario quod Capellani dictae Ecclesiae Majoris Papiae hactenus fuerunt ita negligentes et tepidi ad celebrandum missas et interessendum divinis officiis in dicta Ecclesia quod sepe et sepius scandalum fuit in ea, et deliberantes talia scandala sublevare et providere ut missae et alia divina officia ferventius et magis solicite celebrentur per ipsos DD. Capellanos et eos inducere ad melius interessendum ipsis divinis officiis et missas celebrandum quam hactenus et pro tempore preterito fecerunt in ipsa Ecclesia, tractaverunt et deliberaverunt ac tractant ac deliberant erigere, constituere et ordinare perpetuum Collegium, ac perpetuam mensam dictorum Capellanorum in dicta Ecclesia Majori tam presentium quam futurorum et eidem Collegio dictaeque mensae pro docte et membro et annuali redditu assignare fictum de quo infra accedente consensu, licentia et auctoritate predicti D. Vicarii, quibus sic attentis supplicaverunt et requisiverunt ac supplicant ac requirunt a predicto D. Vicario ut dignetur ac velit in et pro premissis omnibus et singulis sic peragendis ejus auctoritatem pariter et decretum atque licentiam dare praestare et interponere atque impartiri. Qui D. L. T. et Vicarius visis et auditis predictis ac viso et cognito quod si praedicta fiant, cadent ad augmentum divini cultus, atque in honorem et decus dictae Ecclesiae Majoris ad quam confluit Populus Papiensis eisdem DD. de dicto Capitulo sic faciendi creandi et ordinandi dictum Collegium dictamque mensam dictorum Capellanorum et eidem constituendi dictam dotem fundum et annua-

lem redditum et praestationem liberam licentiam concessit et dedit ac concedit et dat. Idcirco predicti DD. Archidiaconus, Archipresbyter et Canonici dicto nomine pro evidenti utilitate et honore et augmento divini cultus dictae Ecclesiae Majoris de praedictis auctoritate licentia et facultate praedicti D. L. T. et Vicarii omni jure, via, modo, causa, et forma quibus melius et validius potuerunt ac possunt intervenientibus ibidem quibuscumque solemnitatibus requisitis et opportunis tam de jure quam de consuetudine, ac constitutionum quarumcumque erigerunt, fecerunt, constituerunt et ordinarunt ac erigunt, faciunt, constituunt et ordinant perpetuum Collegium ac perpetuam mensam dictorum Capellanorum in dicta Ecclesia tam praesentium quam futurorum, ipsique Collegio dictaeque mensae pro dote fundo et annuali praestatione dederunt, tradiderunt et assignarunt, ac dant, tradunt, transferunt et assignant fictum unum perpetuum ac jura et perceptiones unius ficti perpetui floreni unius a soldis trigintaduobus Imper. quod datur, redditur et praestatur omni anno dicto Capitulo in festo S. Martini per Bernardum Paterum, item et ipsum fundum ex quo redditur et praestatur dictum fictum quantum ad directum dominium et ejusdem possessionem ac quoad omnia jura dicti Capituli cedentes proinde ac juris datum facientes praedicti DD. de dicto Capitulo mihi notario uti publicae personae stipulanti et recipienti nomine et vice Collegii dictaeque mensae dictorum Capellanorum de omnibus juribus et actionibus realibus et personalibus, hypothecariis ac mixtis et aliis quibuscumque eidem Capitulo spectantibus et pertinentibus in et super praedictis ut supra assignatis dicto Collegio, dictaeque mensae facientes et constituentes dictum Collegium, dictamque mensam, dictosque Capellanos nomine dicti Collegii, dictaeque mensae dominos et procuratores et ut in rem propriam sibique cedentes omne dominium, omnemque possessionem, quod et quam praedictum Capitulum habebat et habet in, pro, et super praedictis ita quod de cetero dicti DD. Capellani qui nunc et pro tempore fuerint in dicta Ecclesia nomine dicti Collegii dictaeque mensae habeant, teneant gaudeant ac possideant ac percipiant ac habere tenere gaudere possidere et percipere possint dictum fictum simul cum omnibus suis accessibus ingressibus et regressibus, juribus, causis, et utilitatibus, spectantiis et pertinentiis suis in integrum sine contradictione dicti Capituli, sed cum ejus legitima defensione

ab omni persona ecclesiastica, Comuni, Collegio et Universitate contradicente de jure et quam quidem erectionem constitutionem et ordinationem ac creationem dicti Collegii, dictaeque mensae ac assignationem et quae omnia et singula suprascripta et infrascripta praefati Domini de dicto Capitulo per se se suosque successores nomine dicti Capituli mihi notario ut publicae personae stipulanti et recipienti nomine et vice dicti Collegii, dictaeque mensae Capellanorum promiserunt et convenerunt, ac promittunt et conveniunt ratam gratam et firmam, ac rata grata et firma habere et tenere et in aliquo non contrafacere nec contravenire tacite nec expresse, directe nec indirecte, nec aliquo alio quolibet juris vel facti quaesito colore sub refectione et restitutione omnium damnorum interesse et expensarum litis et extra subque hypoteca et obligatione omnium bonorum praedicti Capituli praesentium et futurorum. Et quae omnia et singula praefatus D. L. T. et Vicarius viso et cognito ea cedere ad utilitatem et augmentum divini cultus et honoris dictae Ecclesiae approbavit et confirmavit, ac approbat ac confirmat in praemissisque omnibus et singulis ejus auctoritatem pariter et decretum et consensum dedit, praestitit, et interposuit, ac dat, praestat et interponit cum plena et matura causae cognitione et inde de praedictis omnibus et singulis praefatus D. Vicarius pro Tribunali sedens ut supra jussit et jubet, praefatique Domini de dicto Capitulo rogaverunt et rogant per me notarium publicum confici debere Instrumentum praesentibus spectabili J. V. Doctore Domino Christoforo de Alberitiis filio quondam Domini Joannis, Bertramino de Herba Canonico Ecclesiae Sancti Ambrosii de Gualdrascho Papiensis Dioecesis et Alberto de Betiis Draperio filio quondam D. Georgii inde testibus.

Eisdem anno, et Indictione, die, hora, loco, et testibus suprascriptis. Ibique in mei Notarii testiumque infrascriptorum praesentia et coram Rev. Decretorum Doctore Domino Bartolomeo de Brunaciis et Vicario Generali Reverendissimi et Ill. DD. Ascanii Mariae Sfortiae Vicecomitis Episcopatus et Ecclesiae Papiensis Administratoris pro Tribunali sedente super quodam Bancho ibidem sito, quod Banchum et quem locum praefatus D. L. T. et Vicarius pro ejus juridico loco et Tribunali Bancho ad hunc actum et ad haec omnia et singula specialiter peragenda elegit et eligit, convocato et congregato more solito et secundum consuetudinem ipsius Ecclesiae Venerabili Capitulo praedictae Ec-

clesiae Majoris Papiae pro infrascriptis et aliis negotiis dicti Capituli specialiter peragendis in quo quidem Capitulo fuerunt erant et sunt Venerabiles Domini Joannes Mattheus de Privolis Decretorum Doctor Archidiaconus, Dominicus Costa Archipresbyter, Mattheus de Canevariis, Bartolomeus de Nigris, Laurentius de Ferrariis, Jacob de Codalo, Joannes Antonius de Albaritiis et Joannes de Betiis omnes Canonici prebendati dictae Eeclesiae Majoris Papiae facientes et representantes majorem et saniorem partem Capituli et Canonicorum residentium dictae Ecclesiae facta prius debita citatione de Canonicis dictae Ecclesiae per Bertraminum de Herba Sacristam dictae Ecclesiae qui retulit se citasse omnes Canonicos dictae Ecclesiae ad cameras residentiarum suarum, et reperuisse multos ex eis fore absentes et maxime Venerabiles DD. Nicolaum de Morbio Praepositum dictae Ecclesiae, Franciscum de Surso, Dominicum de Lonatis, Bartolameum de Aliprandis omnes Canonicos ac D. Franciscum de Sancto Nazario Cantorem et D. Franciscum de Alasia Canonicum dictae Ecclesiae, cum multi alii adsint Canonici praedictae Ecclesiae in Civitate Papiae qui potuerint ac possint interesse huic actui, ac sic praefati Domini Archidiaconus, Archipresbyter et Canonici ibi praesentes et capitulariter congregati ut supra sic dicunt et protestantur expresse. Cum hodie paulo ante praefati Domini Archidiaconus, Archipresbyter et Canonici dicto nomine cum auctoritate et decreto ac praesentia et licentia praefati D. Vicarii attendentes et considerantes quod Capellani dictae Ecclesiae Majoris Papie hactenus fuerunt ita negligentes et tepidi in celebrando missas, ad interessendum divinis officiis in dicta Ecclesia quod sepe et sepius magnum evenit scandalum in ea et cupientes ipsi Ecclesiae melius et ferventius debere in divinis deserviri et missas in ea celebrari quam hactenus factum sit, proinde tractaverint et deliberaverint, ac cum effectu pro evidenti utilitate et honore ac augmento divini cultus in dicta Ecclesia erexerint, constituerint, fecerint et ordinaverint Collegium et mensam perpetuum et perpetuam Capellanorum in dicta Ecclesia tam praesentium quam futurorum, eidemque Collegio pro dote, membro et annuali praestatione assignaverint fictum unum perpetuum, ac jura unius ficti perpetui floreni unius a soldis triginta duobus Imperial. quod dabatur, reddebatur et praestabatur omni anno dicto Capitulo in festo Sancti Martini, et de caetero dari, et praestari debeat dicto Colle-

gio dictaeque mensae per Bernardum Paterum de quodam fundo, seu quadam proprietate de quo seu qua fit mentio in ipsa erectione et assignatione, de qua rogatum fuit Instrumentum per me notarium hodie paulo ante et ad quod relatio habeatur. Cumque de praesenti vacet Capella Sanctae Martae fundata et constructa in dicta Ecclesia Majori Papiae sine Capellano per morte quondam D. fratris Bartolomei de . . . . ordinis Humiliatorum extra Romanam Curiam defuncti, cujus collatio et provisio ad praefatum Capitulum ex institutione et fundatione spectavit et pertinuit ac spectat et pertinet, et volentes praedicti Domini Archidiaconus, Archipresbyter et Canonici dicto nomine dictos Capellanos dictae Ecclesiae promptiores et magis solicitos reddere ad celebrandum missas in dicta Ecclesia et ad interessendum divinis officiis tractaverunt et deliberaverunt ac tractant et deliberant pro augmento divini cultus et evidenti utilitate et honore dictae Ecclesiae uniri, annecti et incorporari facere dictam Capellam ipso Collegio, et mensa tenuis est adeo quod ipsi Capellani parum emolumenti ex eo essent percepturi, et si fiat ipsa unio et incorporatio satis competentem redditum ipsi Capellani nomine dicti Collegii dictaeque mensae erunt percepturi: quare praemissis sic attentis humiliter supplicant et petunt a praefato Domino Locum Tenente et Vicario ut dignetur et velit et debeat dictam Capellam Sanctae Martae ut praemittitur vacantem dicto Collegio, dictaeque mensae dictorum Capellanorum unire annectere et incorporare cum onere tamen missas ad dictam Capellam celebrandi et quod ipsi Domini Capellani praesentes et qui per tempora erunt in dicta Ecclesia teneantur dictas missas celebrare seu celebrari facere praedictae Capellae ac deputare et manutenere unum idoneum et sufficientem sacerdotem, qui deserviat dictae Capellae in celebratione dictarum missarum juxta dictam institutionem et constitutionem dictae Capellae in dicta Ecclesia et cum onere etiam deputandi et manutenendi, ac deputare et manutenere teneantur dicti Capellani nomine dicti Collegii dictaeque mensae unum bonum et idoneum pulsatorem, qui habeat et debeat ac teneatur pulsare in dicta Ecclesia Majori juxta solitum in missarum et vesperarum celebratione organos dictae Ecclesiae in diebus dominicis et festivis. Praefatus namque Dominus Locum Tenens et Vicarius visis auditis et intellectis praedictis cognoscens ipsam unionem et incorporationem habere et cedere in evidentem utilitatem et honorem ac augmentum

divini cultus praedictae Ecclesiae, omni jure, via, modo, causa et forma quibus melius et validius potuit et potest, intervenientibus ibidem quibuscumque solemnitatibus requisitis et opportunis tam de jure quam de consuetudine ac aliis circumstantiis cum consensu praesentia et expressa voluntate praefatorum Dominorum de dicto Capitulo et ipsius Capituli univit, annexit et incorporavit, ac unit, annectit et incorporat praedicto Collegio, dictaeque mensae dictorum Capellanorum praedictam Capellam Sanctae Martae sicut praemittitur vacantem cum omnibus juribus et pertinentiis suis et hoc cum oneribus de quibus supra, videlicet deputandi et constituendi et quod ipsi DD. Capellani dicto nomine constituere et deputare teneantur et obligati sint dictum Capellanum idoneum et sufficientem qui habeat deservire dictae Capellae in celebratione dictarum missarum ut supra ac eligendi constituendi et deputandi ac manutenendi unum bonum et idoneum pulsatorem qui habeat et debeat ac teneatur pulsare organos dictae Ecclesiae in diebus dominicis et festivis in celebratione dictarum missarum et vesperarum et haec omnia ut supra praesentibus, volentibus, et consentientibus praedictis DD. Archidiacono, Archipresbytero et Canonicis dicto nomine et sponte etiam assignantibus dicto Collegio dictaeque mensae dictorum Capellanorum omne id quod debetur et restat dictae Capellae ex ficto seu fictis anni praesentis finiti in festo Sancti Martini proxime praeterito, quod fictum seu quae ficta dicti Capellani dicto nomine exponant et implicent et exponere et implicare teneantur nomine dictae Capellae in aliquibus bonis, et inde de praedictis omnibus et singulis praefatus Dominus Locum Tenens et Vicarius pro Tribunali sedens ut supra et praefati Domini de dicto Capitulo dicto nomine jusserunt et rogaverunt ac jubent et rogant per me notarium publicum confici debere Instrumentum praesentibus spectabili J. V. Doctore Domino Christoforo de Alberitiis filio quondam Domini Joannis, Beltramino de Herba Canonico Ecclesiae Sancti Ambrosii de Gualdrascho Papiensis Dioecesis et Matheo de Betiis draperio filio quondam domini Georgii inde testibus.

Ego Ludovicus de Lege filius quondam Domini Joannis Petri publicus Papiensis Imperialique auctoritate notarius, ac Curiae Episcopalis Papiae Cancellarius has cartas mihi fieri jussas rogatus tradidi et aliis occupatus per alium scribi feci et me subscripsi signum meum tabelionatus apponens consuetum in fidem et testimonium praemissorum.

1484, 4 aprile.

X. *Lettera di ringraziamento di Lodovico Sforza Duca di Milano al Capitolo Cattedrale di Pavia, il quale aveva eletto il segretario del Duca alla prima prebenda canonicale che si fosse resa vacante nello stesso Capitolo. (Questa lettera e le due seguenti sono estratte da un vecchio codice capitolare intitolato :* Liber ordinationum et aliorum notabilium Capituli Cathedralis*).*

Dux Mediolani etc. Venerabilibus dilectis nostris Archidiacono Canonicis et Capitulo Ecclesie Cathedralis Papie.

Venerabiles dilecti nostri. Haveti facto cosa a noi molto grata havendo electo m. Jacobo Antiquario nostro Secretario in canonico vostro a la prima prebenda vacatura in quella vostra chiesa, et cosi molto vi commendiamo, exhortandovi che quando accaderà vacare qualunche prebenda, vogliati mettere lui seu qualunche suo messo in possessione, perchè de molto mazore cosa desideramo farli dimostratione, che sia benemerito di nui et del stato nostro.

Mediolani IV. Aprilis 1484.

B. Chalcus.

1484, 6 aprile.

XI. *Lettera di ringraziamento del Cardinale Ascanio Sforza ai Canonici della Cattedrale di Pavia per l' elezione fatta da essi in canonico del proprio Capitolo nella persona del segretario ducale Giacomo Antiquario.*

Venerabilibus in Christo dilectis nostris Canonicis et Capitulo Ecclesie nostre Papie.

Venerabiles dilecti nostri. Elegistis, sicut accepimus, ad primam prebendam vacaturam in ista nostra ecclesia in concanonicum vestrum ven. D. Jacobum Antiquarium clericum perusinum ducalem Secretarium, que res nobis valde placuit, tum quia eum diligimus, tum etiam quia de persona commendabili et idonea per vos facta est electio: itaque ejusmodi electionem, quantum ad nos attinet, approbamus et ex nunc ratam habe-

mus laudantes in hoc unanimiter consensum vestrum, qui electionem fecistis, atque hortamur ut quamprimum prebenda vacaverit eidem D. Jacobo attribuatis illam debitis solemnitatibus observatis, et ita ex nunc quemcumque ejus procuratorem admittatis in possessionem; quod fieri vehementer cupimus.

Dat. Mediolani die VI. Aprilis 1484.

As. M.ª Sancti Viti Diaconus Cardinalis } SF. Vicecomes

Bernardinus.

1484, 6 aprile.

XII. *Lettera del Cardinale Ascanio Sforza colla quale esorta il Capitolo della sua Cattedrale ad eleggere in canonico Battista San Pietro nipote del di lui segretario per la seconda prebenda che si renderà vacante in esso Capitolo.*

Venerabilibus in Christo dilectis nostris Canonicis et Capitulo Ecclesie nostre papiensis

Venerabiles dilecti nostri. Virtus grataque obsequia Bernardini de Sancto Petro Secretarii nostri dilectissimi, qui in dies laudabiliter de nobis benemeretur nos impellunt ut eidem aliqualiter gratificemur: quare cupientes hujus nepotem Baptistam de Sancto Petro, qui annum excessit septimum ad secundam prebendam in ecclesia ista nostra cathedrali vacaturam eligi, hortamur vos obnixe ac quo ad ejus fieri poterit astringimur, quatenus ex nunc prout ex tunc ac omni meliori via et causa quibus validius possitis ipsum Baptistam in socium ac fratrem vestrum assumatis et recipiatis, aliquibus in contrarium facientibus non obstantibus: hoc enim munere nobis ipsis tam gratificaturi, quam gratificari possitis. (*).

Dat. Mediolani die VI. Aprilis 1484.

As. M.ª Sancti Viti Diaconus Cardinalis } SF. Vicecomes

Chri. Auditor.

(*) Nel suddetto codice le tre citate lettere sono precedute da questa annotazione: « *Fuit dispensatum cum Capitulo per D. Vicarium Curie episcopalis super statutis disponentibus* quod nullus eligatur in canonicum nisi vacet prebenda, nec sit inhabilis et incapax ad hujusmodi canonicatum. »

1484, 3 settembre.

XIII. *Nuovi statuti capitolari compilati di comune consenso dai Canonici della Cattedrale per sè e per i loro successori.*

In primis quidem non reprehensibile judicantes si secundum varietatem temporum statuta quoque varientur humana ad tollendas rixas et discordias pariter et scandala ex ipsis orientia inter confratres ac ut servientes ecclesie saltem in genere aliquid de prebendis suis percipiant, inherentes consuetudinibus omnium fere ecclesiarum Italie statuerunt ordinaverunt disposuerunt et reformaverunt ac statuunt ordinant disponunt et reformant quod si qui ex prelatis vel canonicis dicte ecclesie papiensis duxerint esse absentes quacumque ex causa, possint et valeant fructus prebende sue libere et impune percipere et levare, excepto quod quartam partem omnium predictorum fructuum prebende sue teneatur dimittere venerabili capitulo et canonicis residentibus sub pena excomunicationis, in quam ipso facto incurrisse intelligantur si contrafecerint, qui domini canonici residentes teneantur deservire pro absentibus in ordine prebendarum suarum sine alia expensa ipsorum absentium, et quod sub eadem met pena excomunicationis nullus de capitulo proponere petere vel tractare aliquid pro remissione vel gratia dicte quarte audeat nec presumat ceteris statutis huic non contrariis in suo robore permanentibus.

Item statuerunt disposuerunt et ordinaverunt quod prelati seu canonici qui de cetero recipientur in dicta ecclesia non admittantur ad distributiones quotidianas que residentibus dari consueverunt nec ad fructus prebende sue nisi si et postquam fecerint septimanam eisdem per capitulum assignandam in ordine quantum requireret dicta ejus prebenda, que septimana facta esse intelligatur si per ipsum capitulum fuerit laudata et approbata et non aliter nec alio modo.

Item attendentes sacristie predicte ecclesie facultates esse tenues et necessitates eidem maximas jugiter imminere, statuerunt disposuerunt et ordinaverunt quod prelati seu canonici qui in predicta ecclesia de cetero recipientur antequam admittantur et recipiantur ducatos decem ipsi sacristie pro reparatione, sustentatione et augumento ejusdem solvere teneantur et numerare sacristie predicte ecclesie.

Item ad tollenda jurgia, sussurationes et scandala que tantorum malorum zizaniam seminant ob facilitatem hominum ad dissentiendum et opinionum diversitates que oriri consueverant, statuerunt disposuerunt et ordinaverunt quod de cetero cum aliquid per capitulum fieri continget proponatur partitus in ipso capitulo et unusquisque votum suum dicere possit, deinde quod per plures fabas albas vel nigras obtentum cujuscumque fuerit, id a toto capitulo concorditer unanimiterque nemine discrepante factum censeatur nec possit quispiam taliter contradicere aut contravenire verbo aut facto.

Item statuerunt disposuerunt et ordinaverunt quod si absente preposito et extraordinarie necesse sit pro aliqua causa citare capitulum illius mandato et auctoritate citetur qui primus in ordine reperietur de capitulo et si forte talis citare recusaverit tunc et eo casu major pars capituli conveniens partem possit citare minorem.

Millesimo quatrincentesimo octuagesimo quarto die tertio septembris hora vesperarum facta fuerunt suprascripta per venerabiles viros dominos Jo. Matheum de Privolis decretorum doctorem Archidiaconum, Dominichum de la Costa Archipresbiterum, Franciscum de Sancto Nazario Cantorem, Bartolameum de Nigris, Bartolameum de Aliprandis decretorum doctorem, Jacob de Codalo, Franciscum de Alasia, Jo. Antonium de Albariziis et Johannem de Betiis canonicos dicte ecclesie hodierna die facientes totum et integrum capitulum ipsius ecclesie juxta formam statutorum ejusdem excepto dicto domino Archipresbitero qui non consensit suprascripto statuto sacristie et scripto ultimo capitulo in presentia domini Bartolamei de Brunaciis Vicarii et Locum Tenentis etc.

Actum in sacristia veteri ecclesie papiensis versus gradum Sancti Stephani presentibus venerabili viro domino presbitero Johanne de Herba Archipresbitero ecclesie loci Valdraschi, presbitero Andrea de Salvaticis clericho papiensi et Jo. Jacobo de Lombardis filio quondam magistri Johannis Antonii.

Ego Galvagnus de Mombreto quondam domini Petri olim notarii et canzellarii curie episcopalis Papie publicus papiensis imperialique auctoritate notarius suprascriptum instrumentum statutorum noviter conditorum ut supra inventum et extractum etc. et de breviariis suprascripti quondam genitoris mei olim notarii et causam mihi comissis per venerabilem et egregium

decretorum doctorem dominum Bartolameum de Brunaciis predicte curie episcopalis Vicarium prout constat instrumento publico rogato Hieronimo de Moncavallis notario anno mense et die in ipso contentis diligenter auscultavi una cum dicto breviario et ipsum sic repertum et jacere de verbo ad verbum prout in ipso continetur nihil addito nihil diminuto quod substantiam mutet vel variet effectum ideo in fidem omnium premissorum hic me subscripsi et signum meum consuetum apposui sub anno millesimo quatrincentesimo octuagesimo sexto indictione quarta die vigesimo mensis Junii.

1496, 11 aprile.

XIV. *I canonici della chiesa di Santa Maria in pertica costituiscono procuratore il loro Prevosto per esigere dalla Camera ducale di Milano la somma di lire 4347 e soldi 7 imperiali ad essi dovuta per compenso di terre di loro proprietà che erano state incorporate nel Parco di Pavia dal duca Giovanni Galeazzo.*

In nomine Domini amen. Anno a nativitate ejusdem Domini millesimo quatrincentesimo nonagesimo sexto indictione quartadecima die lune undecimo mensis aprilis hora mane in civitate Papie videlicet in sacristia ecclesie Sancte Marie in perticha Papie, ubi capitulum ipsius ecclesie solet congregari porte et parochie ejusdem ecclesie Sancte Marie in perticha. Ibique in mei notarii et testium infrascriptorum presentia convocato et congregato capitulo prepositure seu ecclesie predicte Sancte Marie imperticha Papie de mandato et impositione Reverendi patris domini Dominici de Lonatis protonotarii apostolici ac prepositi dicte ecclesie Sancte Marie imperticha Papie sono campane premisso ut moris est et etiam ex citatione et relatione ibidem in dicto capitulo facta de infrascriptis canonicis personaliter repertis et de aliis absentibus ad cameras canonicales in dicto claustro existentes facta ibidem in dicto capitulo per Antonium de Morascho sacristam dicte ecclesie in quo quidem capitulo et cum predicto domino preposito affuerunt, erant et sunt infrascriptus venerabilis dominus Franciscus de Alassia, dominus Jeronimus de Alassia decretorum doctor, et dominus presbiter Guliermus de Morascho canonici prebendati in dicta ecclesia capitulariter

convocati ut supra pro infrascriptis peragendis facientes et representantes totum et integrum capitulum canonicorum nunc residentium prout sic verum fore dixerunt et fatentur in presentia mei notarii et testium infrascriptorum qui sponte voluntarie et ex certa scientia, et nemine discrepante, et alias omnibus jure via modo causa et forma quibus melius et validius potuerunt et possunt nomine dicte prepositure et canonicatuum et prebendarum suarum et citra tamen revocationem quorumcumque procuratorum suorum habitam per eos tam simul quam divisim quovis modo constitutorum fecerunt constituerunt et ordinaverunt, ac faciunt constituunt et ordinant prefatum Reverendum Dominum Dominicum Prepositum antedictum ibidem presentem et onus presentis mandati in se suscipientem eorum dominorum canonicorum certum verum et indubitatum missum, nuntium sindacum et procuratorem et quodquod de jure melius dici et esse potest. Ad omnes et singulas causas, et causarum merita quas ipsi dominus prepositus et canonici dictis nominibus habent et habituri sunt et in presentiarum etiam habent cum Ill.mo et Ex.mo Domino nostro Domino Duce Mediolani et seu contra agentes pro Camera ejusdem Dominationis seu deputatos vel deputandos per eandem Excellentiam specialiter ad habendum petendum exigendum et consequendum et habuisse et recepisse confitendum a prelibato Domino Illustrissimo Duce seu ab agentibus pro eo etiam nomine predicte ducalis Camere omnem illam quantitatem denariorum ascendentium ad summam librarum quatuormilium trescentum quadraginta septem, et soldos septem imperialium debitarum per eandem Excellentiam, seu agentes pro predicta Camera pro valore et extimatione alias facta de proprietatibus dicte prepositure et prebendarum dictarum in contracta Cornaxani intus parchum vetus Papie et alias inclusarum in parcho predicto per tunc quondam nunquam delende memorie Illustrissimum Dominum dominum Joh. Galeaz Vicecomitem olim primum ducem Mediolani usque de anno curso MCCCLXXXXIIII seu aliis anno mense et die pro suo oblectamento, una etiam cum reditibus seu fictis tunc promissis solvere et reddere omni anno propositis et canonicis presentis ecclesie pro divinis offitiis ibidem celebrandis ad computum librarum quinque imperialium pro singulo centenario dicte sortis principalis et extimationis ipsarum proprietatum donec assignarentur tot proprietates equivalentes controcambium prout etiam

de premissis aparet ex ordinationibus ducalibus tunc contractis et factis per tunc agentes nomine predicte ducalis Camere sint quot quot velint specialiter reditus debitorum ut supra ad dictum computum et usque in hodiernum diem et eidem prelibato domino domino Duci Mediolani seu agentibus pro Camera ejusdem solventi, seu solventibus finem confessionem et quietationem faciendum de et pro premissis sortis principalis ac fictis et reditibus de quibus supra cum renuntiis clausulis et aliis in similibus necessariis secundum stilum quorumcumque notariorum rogantia ipsa talia instrumenta et etiam si actualis numeratio et traditio intervenerit quam non et prout predicto domino Dominico Preposito antedicto procuratori suo utcumque constituto melius videbitur et placuerit. Item et specialiter, ita tamen quod per specialitatem generalitati non derogetur ad et pro ipsis omnibus superius expressis ac pro dependentibus emergentibus et connexis ab eis ad acceptandum sive per viam insolvende dationis sive per viam assignationis vel aliter quomodocumque, omne et totum id quod oblatum erit velle per prelibatum Dominum nostrum seu agentes pro predicta Camera ejusdem Excellentie sive in fondis sive in assignationibus annualiter consequendis habendis et percipiendis a quibusvis personis usque ad illud tempus et illa tempora et pro illis quantitatibus tam sortis principalis quam fictorum, ac etiam transigendum paciscendum et convenendum cum prelibato domino Illustrissimo Duce Mediolani et agentibus pro eo seu Camera ejusdem tam pro dicta sorte principali, quam pro fictis et redditibus ejusdem, ac pro dependentibus emergentibus et connexis ab eis, cum illis pactis quantitatibus terminis promissionibus obligationibus renunciis et clausulis, et aliis quibusvis inde necessariis cum quibus et prout et sicut predicto Rev. domino Dominico melius videbitur et placuerit. Item et specialiter ut supra ad substituendum et substitutum et substitutos revocandum et ad reassumendum unum seu plures sindicum et procuratorem seu sindicos et procuratores in et pro predictis ac pro dependentibus et connexis ab eis et prout et sicut prefato domino Dominico procuratori suo ut supra constituto melius videbitur et placuerit. Item et ad Instrumenta quelibet exinde necessaria pro premissis ac pro dependentibus et connexis ab eis fieri rogandum per quoscumque notarios seu tabeliones in talibus expertos et super hec requirendos cum clausulis opportunis, et generaliter

ad cetera omnia alia et singula faciendum petendum acceptandum componendum confitendum procurandum gerendum substituendum et exigendum que ad causas et causarum merita, et que in predictis et circha predicta, et quodlibet predictorum ac pro dependentibus emergentibus et connexis ab eis utilia et necessaria fuerint, et que ipsimet domini constituentes suis et dictis nominibus facere petere acceptare exponere confiteri procurare gerere substituere et exercere possent si personaliter interessent etiamsi talia forent que mandatum plus speciale requirerent quam superius sit expressum, dantes et concedentes predicti domini canonici dicto nomine predicto domino Dominico procuratori suo ut supra constituto plenum liberum et generale mandatum ac speciale cum plena libera et generali administratione et totaliter vires eorum existentes omnimodas in premissis promittentes amplius et convenientes dicti domini canonici constituentes michi notario infrascripto ut publice persone recipienti et stipulanti nomine et vice omnium quorum interest et intererit et interesse potest et poterit quomodolibet in futurum se ipsos dominos constituentes dictis nominibus ratum gratum et firmum ac rata grata et firma habere et tenere quidquid per predictum dominum Dominicum procuratorem suum ut supra constitutum actum dictum gestum petitum acceptatum confessatum et procuratum fuerit que in premissis et circha premissa et quodlibet predictorum sub omnium dampnorum interesse et expensarum litis . . . . istarum restitutione, subque ipotheca et obligatione omnium bonorum presentium et futurorum prebendarum ipsorum dominorum canonicorum et volentes dicti domini constituentes predictum Rev. dominum Dominicum procuratorem suum ut supra constitutum ab omni onere satisdationis relevare pro eo fidejusserunt, et fidejubent et se fidejussores et principales debitores constituerunt et constituunt de judicio sisti et de judicato solvendo in omni casu causa et eventu litis et extra restitutione et sub eadem ipotheca et obligatione, et inde de predictis omnibus et singulis predictus dominus Dominicus prepositus antedictus ac dicti domini Franciscus, Jeronimus et presbiter Gulielmus canonici antedicti nomine dictarum suarum prebendarum rogaverunt et rogant me notarium infrascriptum ut publicum conficiam instrumentum presentibus ven. domino presbitero Joh. Antonio de Barbantis domino presbitero Gulielmo de Gindanis ambobus capellanis in dicta ecclesia

et Johanne Antonio de Morascho notario papiensi filio mei notarii inde testibus notis et idoneis.

Ego Marchus de Morascho genitus quondam domini Alberti publicus papiensis imperialique auctoritate notarius hoc Instrumentum michi fieri jussum rogatus tradidi, et de aliis occupatus pro infrascripto notario scribi feci, et in fide premissorum omnium me subscripsi.

Ego Johannes Antonius de Morascho filius suprascripti egregii causidici papiensis domini Marchi publicus papiensis imperialique auctoritate notarius hoc Instrumentum jussu suprascripti domini Marchi genitoris mei scripsi et subscripsi.

1497, 20 maggio.

XV. *Convenzione seguita tra il Duca Lodovico Maria Sforza ed il Capitolo della Chiesa di Santa Maria in pertica per la somma di lire* 4347. 6. 5 *dovuta da esso Duca al suddetto Capitolo.*

In nomine Domini anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo Indictione quinta decima die sabbati vigesimo mensis Maij. Cum per et inter Ill.mum et Ex.mum Dominum Dominum Ludovicum Mariam Sfortiam Ducem Mediolani ex una et R.dum Dominum Dominichum de Lonatis protonotarium Apostolicum prepositum ecclesie Sancte Marie in pertica Papie suo nomine et sindicum et procuratorem, et sindacario et procuratorio nomine Venerabilium virorum dominorum Canonicorum et capituli eiusdem ecclesie Sancte Marie in pertica Papie et ipsius ecclesie Sancte Marie ex altera parte deventum fuerit ad quandam compositionem et eidem compositioni per prefatum Ill.mum Dominum Ducem pro parte sua satisfactum sit ut in infrascriptis literis suis ducalibus Magistris eius intratarum suarum ducalium ordinariarum sub eius sigillo ducali directis continetur hujusmodi tenoris, videlicet: Spectabili egregio et Nobilibus viris Thesaurario regulatori et Magistris intratarum ordinariarum nostris dilectis. Havendo noi fato examinare el testamento de la quondam felice memoria Ill.ma Duchesa Biancha nostra matre trovamo che sua Signoria ha ordinato che sia satisfacto ad Sancta Maria in pertica per occasione de certi terreni et proprietate de epsa chiesa ad lei pervenuti che forno occupati da la ducale camera quando fu constructo el parcho

de Pavia li quali in quello tempo forno extimate valere lib. 4347 6. 5 et foe pormisso al proposito et Canonici della dicta chiesa pagarli singulis annis il ficto ad rasone de cinque per cento donec li fusse dato idoneo contracambio et per che noi per la grande obligatione che habiamo alla prefata Ill.ma Duchesa nostra matre siamo omnino deliberati mandare ad exequtione quanto ha ordinato in el prefato testamento habiamo diligentemente fato examinare la partita che partene a la prefata chiesa di Sancta Maria in pertica, e trovamo che dal 1406 sin al presente non e stato pagato alcuno ficto al prefato domino proposito de dicta chiesa unde non intendendo noi de havere alcuno carico de conscientia per occaxione de li predicti terreni et ficti che debe havere el prefato domino proposito et canonici de la dicta chiesa habiamo fato parlare et conferire de le predicte cosse con el predicto domino proposito et quale ha plenum mandatum sindacatus et procuratorii da li canonici de la predicta chiesa ad componendum transigendum remitendum et absolvendum de omnibus et singulis que per occaxione de li prefati terreni et ficti potesse pertinere alla prefata chiesa et post multa colloquia habita con el prefato domino proposito attento che la prefata Ill.ma Duchesa per non essere herede de li Ill.mi quondam Ducha Johanne Galeaz et Ducha Philippo non era obligata ad alcuna satisfactione per occaxione de li fructi percepti nel tempo che li prefati Duchi che foreno anni 40 ma solamente ad restituire li fructi percepti dal 1447 per sino alla morte sua e parso allo prefato domino proposito honesto et rasonevole de venire con noi alla infrascripta compositione videlicet che noi debiamo comprare o deputare una proprietà a la prefata chiesa per satisfactione de li predicti terreni et ficti percepti in sino al presente la quale habia a rendere singulis annis libre cinquecento le quale se habiano a destribuir inter propositum tantumodo et canonicos interessentes horis canonicis pro distributionibus quotidianis in predicta ecclesia et non aliter et el prefato proposito habia fare ad noi et di nostri predecessori et successori plena quietatione absolutione et remissione ab omni et toto eo che la predicta chiesa et li soi canonici potesseno domandare per occaxione de li predicti terreni et loro melioramenti et fructi percepti usque ad presentem diem per la qual cossa deliberando noi mandare ad exequtionem la predicta questione et compositione facta volemo et ordinamo che debiate comprare o deputare

a la predicta chiesa una proprietade che renda singulis annis libre cinquecento commenzando al presente anno et per fin a tanto che la dicta proprietate sia comprata o deputata volemo che de le intrate del barcho de Pavia habiate ad fare pagare singulis annis omnino al prefato proposito libre cinquecento che se habiano a destribuire tamen ut supra et de questa compositione conventione et ordinatione nostra ne farite fare uno Instromento publico con le debite et oportune clausule che sia registrato in libris camere nostre, adciò che noi et li nostri successori per occaxione de li predicti terreni et fructi non habiamo in futurum ad restare agravati in conscientia ne in molestia ullo pacto. Mediolani 13. Maij 1497 b. ch. Ludovicus Maria suprascriptus.

Hinc est quod prefatus R.dus Dominus Dominichus protonotarius et prepositus prefate Sancte Marie in pertica Papie suo nomine et sindicus et procurator et sindacario et procuratorio nomine venerabilium virorum dominorum canonicorum et capituli eiusdem Ecclesie Sancte Marie in pertica Papie ad hec et alia fatienda specialiter constitutus per Instrumentum Sindacatus rogatum per Marcum de Moraschis notarium papiensem MCCCCLXXXXVI Indictione quartadecima die lune undecimo mensis Aprilis ibidem in publicam formam exibitum et ostensum attentis premissis sic per prefatum Ill.mum Dominum nostrum Ducem factis ut supra ad requisitionem et instantiam mei notarij et Cancellarij infrascripti persone publice presentis stipulantis et recipientis nomine et vice et ad partem et utilitatem prelibati Ill.mi Domini Ducis Mediolani et predecessorum et successorum suorum liberavit quietavit et absolvit, et liberat quietat et absolvit me notarium et cancellarium infrascriptum presentem dicto nomine stipulantem et recipientem et per me dicto nomine prefatum Ill.mum et Ex.mum Dominum Dominum Lodovicum Mariam Ducem Mediolani et eius predecessores et successores et item ipsum et ipsos ab omni toto eo quod ipsi domini prepositus canonici et capitulum ejusdem Ecclesie Sancte Marie in pertica Papie ab ipso Ill.mo Domino Duce Mediolani et a predecessoribus et successoribus suis petere poterant potuissent et possent occaxione predictorum terrenorum de quibus in suprascriptis literis fit mentio et eorum melioramentorum et fructuum perceptorum ex eis usque ad presentem diem et ipsi Ex.mo Domino Duci et predecessoribus et successoribus suis attentis ordinationibus per prefatum Ducem

de quibus remissit et remitit suo et dicto nomine illud omne et totum id quod ab ipso Domino Duce et predecessoribus et successoribus suis ipsi dominus prepositus canonici et capitulum dicte ecclesie Sancte Marie in pertica petere poterant potuissent et possent ut supra usque ad presentem diem. Et renuntiavit prefatus dominus prepositus suo et dicto nomine exceptioni non facte hujusmodi liberationis quietationis et absolutionis et remissionis taliter ut supra, et predictorum et infradictorum omnium et singulorum non sic actorum et factorum et omni probationi et deffensioni in contrarium. Ac promissit suo et dicto nomine obligando proinde se suo et dicto nomine et omnia dicte ecclesie Sancte Marie in pertica bona mobilia et imobilia presentia et futura pignori michi notario et cancellario infrascripto presenti dicto nomine stipulanti et recipienti se suo et dicto nomine perpetuo presens instrumentum liberationis quietationis et absolutionis ac remissionis et omnia et singula in eo contenta ratum gratum et firmum, et rata grata et firma habere et tenere attendere et observare, et nullo tempore contrafacere nec venire aliqua ratione vel causa de jure vel de facto etiam sub refectione et restitutione omnium expensarum dampnorum et interesse litis et extra. Et de predictis rogatum fuit per me Johannem Petrum de Ciochis clericum notarium et cancellarium infrascriptum publicum confici debere Instrumentum. Actum in castro porte jovis Mediolani apud cancellariam ducalem presentibus ibidem spectabilibus viris dominis Antonio de Piscarijs iuris utriusque doctore filio quondam Domini Christofori civitatis Papie Parrochie Sancti Ambrosii porte pontis, Clemente de Ferrufinis filio quondam Domini Martini cive laudensi vicinie Sancti Christofori et Paulo de Ghisulfis filio quondam Domini Francisci porte Cumane parrochie Sancti Protasii in campo intus civitatis Mediolani testibus omnibus idoneis ad hec vocatis, specialiter et rogatis.

Ego Johannes Petrus de Ciochis clericus filius quondam domini Andree publicus imperiali auctoritate ac curie archiepiscopalis Mediolanensis notarius ejusdemque curie cancellarius rogatus suprascriptum instrumentum publicum confeci et subscripsi.

SECOLO DECIMOSESTO

1507, 9 agosto.

I. *Statuti pei canonici e cappellani della Cattedrale emanati dal canonico Vincenzo Beccaria Vicario generale del Cardinale Francesco Alidosio Vescovo di Pavia e Legato Pontificio di Bologna.*

Vincentius de Beccaria j. v. doctor canonicus papiensis reverendissimi in Christo patris et domini domini Francisci Sancte R. Ecclesie presbiteri cardinalis Bononie legati et episcopatus papiensis episcopi et comitis Vicarius in spiritualibus generalis, gravi nimirum perturbatione monemur quod plerique ecclesiarum ministri modestia ordinationis clericalis abjecta dum offerre Deo sacrificium laudis fructum labiorum suorum in puritate conscientie et animi devotione deberent horas canonicas dicere seu psallere transcurrendo sincopando extranea quidem et plerumque varia prophana et inhonesta intermiscendo colloquia, tarde ad eas conveniendo, seu ecclesiam ipsam absque rationabili causa ante finem officii exeundo deserere, ne igitur transgressiones hujusmodi invalescant, ut cultus divinus augeatur, et scandala que quandoque inter canonicos oriuntur sedentur, decrevimus infrascriptas ordinationes de voluntate et expresso consensu venerabilis capituli ecclesie majoris papiensis facere: iccirco convocato et congregato venerabili capitulo ecclesie majoris papiensis hodierna die que fuit et est dies capitularis, in quo quidem capitulo fuerunt et sunt venerabiles viri domini Jo. Stephanus de Provottonibus ipsius ecclesie prepositus, Jo. Petrus de Sancto Nazario cantor, Jacob de Codalo, Franciscus de Alasia, Franciscus de Girardis, Jo. Andreas de Folpertis, Jo. Sirus de Gravalona et Jo. Luchinus de Curte omnes canonici prebendati in dicta ecclesia facientes et representantes totum et integrum capitulum ipsius ecclesie, cum in presentiarum non sint alii canonici residentiam facientes apud ipsam excepto domino Johanne de Georgis similiter canonico qui in dicto capitulo hodierna die accedere obmisit et qui quidem domini prepositus cantor et canonici suis et dicto nomine considerantes et cognoscentes quod ordinationes infrascripte si fient per nos tendent ad deco-

rem et honorem tam ipsius ecclesie quam ipsorum dominorum prepositi, cantoris et canonicorum, eorum igitur et cujuslibet ipsorum assensum pariter et consensum hujusmodi ordinationibus ac omnibus et singulis contentis in eis et quas quidem ordinationes fecimus et facimus de voluntate et consensu jam dictis.

Primo enim statuimus et ordinamus quod quilibet canonicus in choro et in officio divino debeat stare in loco suo et stallo et ab eo non recedat absque legiptima causa, non quoque cum aliquo loquetur durante officio nec aliquos sermones prophanos immisceat sub pena amissionis note totius illius diei et in quam penam ipso facto incurrat, credatur quoque super his juramento duorum ex non canonicis.

Item statuimus et ordinamus quod quilibet existat in septimana sua et residens secundum ordinem prebendarum suarum teneatur deservire in divinis personaliter vel per substitutum et officium incipere nisi manifesta et rationabili causa aut privilegio excusetur sub pena amissionis note unius septimane quam ipso facto incurrat.

Item statuimus et ordinamus quod quilibet canonicus per se vel alium ejus nomine inferens injuriam aut verba injuriosa aut minas in alium seu in alios in choro aut in capitulo proferens privatus sit et intelligatur esse comodo note unius mensis quam ipse consecutus fuisset si interesset divinis et hoc ultra penas a jure comuni ut ex statutis ipsius ecclesie impositas.

Item statuimus et ordinamus quod quilibet canonicus et de dicto capitulo percutiens alium in choro aut capitulo privatus sit et esse intelligatur ipso facto note trium mensium quam ipse fuisset consecutus propter residentiam mandantes ex nunc notatori ac camerario qui per tempora erunt ut sub pena excomunicationis omnia exequantur irremissibiliter.

Et idem per omnia exequantur contra capellanos. In quorum testimonium fieri fecimus in formam publici documenti per dominum Jo. Mattheum de Paltineriis notarium et curie episcopalis papiensis canzellarium infrascriptum.

Datum et actum Papie in sacristia nova predicte ecclesie majoris sub anno nativitatis Domini in currente millesimo quingentesimo septimo indicione decima die nono mensis augusti hora inmediate post vesperas presentibus venerabili domino presbitero Antonio de Picenatis, Jo. Ambroxio de Bucabagutis et presbitero Lazarino de Primis clericis Papie inde testibus.

Ego Jo. Mattheus de Paltineriis quondam domini Thome genitus publicus papiensis apostolicaque et imperiali auctoritatibus notarius ac curie episcopalis papiensis canzellarius premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur agerentur et fierent una cum prenotatis testibus presens interfui et inde rogatus hoc instrumentum tradidi et in hanc publicam formam redegi aliisque occupatus negotiis per alium notarium scribi feci meque in foliis duobus presenti computato subscripsi.

1518, 21 gennajo.

II. *Statuti compilati dai canonici della Cattedrale per l'osservanza delle Costituzioni risguardanti la residenza e le funzioni corali.*

In nomine Domini amen, anno ab ejusdem nativitate millesimo quingentesimo decimo octavo indictione sexta die vigesimo primo mensis januarii hora vesperarum in civitate Papie videlicet in sacristia ecclesie majoris Papie sita in porta pertuxii par. s. Georgii in fornarolo in presentia mei notarii et testium infrascriptorum. Convocato collecto et congregato Reverendo capitulo ecclesie majoris Papie de mandato et impositione Reverendi in Christo patris domini Rolandi de Trovamalis prepositi ecclesie majoris precedenti debita citatione facta per dominum presbiterum Augustinum de Gramaticis vice sacristam predicte ecclesie ibidem et referente de mandato et impositione ut supra omnes canonicos predicte ecclesie residentes citasse personaliter ut istis die et hora personaliter comparerent et interesse deberent in predicto capitulo pro negotiis et maxime infrascripto predicti capituli pertractandis et peragendis et sic prout supra predictis Reverendis d. Preposito et Capitulo se citasse et fecisse cum ejus juramento per ipsum prestito super pectus ejusdem more sacerdotali dicit et refert, in quo quidem capitulo fuerunt et adsunt predictus Reverendus Dominus Prepositus et cum eo Reverendi in C. P. Domini Jo. Petrus de Sancto Nazario cantor, Franciscus de Alasia, Jo. Sirus de Gravalona, Jacobus Antonius de Betiis, Jo. Dominichus de Landulfis, Jo. Luchinus de Curte et Jo. Antonius de Sindicis omnes canonici prebendati predicte ecclesie majoris facientes et representantes majorem et saniorem partem et plusquam duas partes imo fere totum et integrum

capitulum dominorum canonicorum residentium in predicta ecclesia prout ibidem in presentia mei notarii et testium infrascriptorum sic verum fore dicunt confitentur et protestantur expresse. Predicti namque Reverendi Domini Prepositus, Cantor et Canonici suis et nomine aliorum canonicorum residentium in predicta ecclesia et capituli ejusdem volentes ut tenentur et eorum incumbit officio quod dicta ecclesia in divinis detrimentum non patiatur, et quod unusquisque ipsorum canonicorum qui sentit commodum, sentiat etiam incommodum et sibi incumbentia faciat in dicta ecclesia, quoniam juxta Sanctorum Patrum et canonum instituta omnes presbiteri diaconi subdiaconi et clerici premium servitutis sue pro temporis qualitate persolvere teneantur propheta dicente septies in die laudem dixi tibi super judicia justitie tue, qui quidem septenarius sacratus numerus ab ipsis Dominis Preposito et Canonicis implebitur si matutini, prime, tertie, sexte, none, vespere et complectorii offitia devote persolvantur, volentes ergo ut tenentur omnino omnibus horis laudes Jesu Christo creatori nostro super judicia justitie sue referre ut in ecclesia Dei cultus divinus potius augeatur quam minuatur potius orationibus quam contentionibus incumbendo et onus suum unusquisque portet et juxta laborem condignam mercedem consequatur manipulosque suos cum jocunditate ante conspectum Domini offerat ne panem doloris manducare presumat, id circho inherendo aliis ordinationibus et statutis hactenus per ipsos quoquo modo factis et editis et ab ipsis non descendendo sed insistendo omni juris via modo causa et forma quibus melius et validius potuerunt et possunt statuerunt et ordinaverunt ac statuunt et ordinant quod quilibet canonicus predicte ecclesie teneatur et obligatus sit inherendo statutis et ordinationibus predicte ecclesie: Primo predictus dominus prepositus et successive alii canonici facere hebdomadam suam videlicet incipere regere et perficere offitium tam in matutinis quam in omnibus aliis horis integraliter videlicet incipere mediare et finire durante hebdomada sua si presens fuerit et non per alium canonicum sive substitutum nisi ex legiptima causa impeditus taliter quod non possit sua nec aliena negotia gerere. Item quod teneantur legere juxta ordinem ut supra, excepto hebdomadario, lectionem, dicere responsorium sive responsoria competentia et antiphonas eidem competentes, quod si aliquis ex predictis canonicis contingat se absentare a civitate

sive ab ecclesia eo tempore quo eidem incumbat onus celebrandi et faciendi suam hebdomadam quod tunc eo casu alter canonicus illius chori post eum in ordine teneatur suplere pro dicto canonico absente ea tamen lege et conditione quod post redditum suum ad residentiam teneatur et obligatus sit suplere pro eo tempore quo steterit absens et celebrare et adimplere ut supra hebdomadam proxime subsequentem in ordine sui chori et hec omnia sub amissionis pena note illius hore in qua desererit seu neglexerit predicta sibi incumbentia et ut supra statuta et ordinata facere et adimplere imponentes ex nunc predicto domino cantori presentiali notatori ibidem presenti audienti et intelligenti et de cetero ac successive futuris notatoribus sub eadem pena quatenus predicti sic negligentes in predicta faciendo et adimplendo ut supra non admittat seu admittatur ad notam predicte ecclesie ut supra et casu quo prefatus dominus cantor presentialiter notator et futuri notatores neglexerit seu neglexerint predicta adimplere ut supra eo in casu imposuerunt et imponunt camerario existenti quod retineat distributiones quotidianas predicti annotatoris distribuendas in alios canonicos et casu quo camerarius pro tempore exhistens predicta non adimpleverit quod incurrat eandem penam distributionis in dictos canonicos ut supra. Et inde de predictis omnibus et singulis predicti Reverendi Domini prepositus, cantor et canonici sicut supra capitulariter convocati et congregati dictusque vice sacrista hoc instrumentum mihi fieri jusserunt et rogaverunt et jubent et rogant presentibus Domino presbitero Olivo de Gysleriis clerico papiensi Sirino de Astariis filio q. Domini Jo. Bernardi et Jo. Baptista de Tortis f. q. de Antonii Simonis infrascriptis Papie inde testibus.

Ego Blasius ex comitibus mede f. q. egregii causidici papiensis Domini Dominici publici papiensis imperialique auctoritate notarius hoc instrumentum mihi fieri jussum rogatus tradidi et occupatus aliis negotiis per infrascriptum notarium scribi feci et in fidem premissorum me subscripsi.

Ego Sirinus de Astariis f. q. Domini Jo. Bernardi pub. papiensis imperialique auctoritate notarius suprascriptum instrumentum jussu predicti Egregii Causidici Domini Blasii notarii publici papiensis scripsi et me subscripsi.

1518, 6 febbrajo.

III. *Il canonico Girolamo Della Porta nella sua qualità di Vicario generale del Vescovo di Pavia il Cardinale Antonio Maria Chiocca Del Monte conferma gli statuti capitolari compilati dai canonici della Cattedrale il giorno* 21 *gennajo* 1518.

In nomine Domini Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo quingentesimo decimo octavo indixione sexta die sexto mensis februarii hora tertiarum in civitate Papie videlicet in camera residentie infrascripti Domini Vicarii sita in episcopali palatio porte pertuxii par. s. Georgii in Fornarolo. Ibique in mei notarii et testium infrascriptorum presentia Reverendus in Christo pater juris utriusque doctor dominus Hyeronimus de la Porta canonicus novariensis Reverendi in Christo patris et Domini Domini Antonii tituli Sancte Prexedis presbiteri cardinalis episcopique papiensis et comitis locum tenens et vicarius Generalis, prius inspecto et examinato diligenter suprascripto statuto et omnia et singula in eo contenta rogato per suprascriptum dominum Blaxium ex comitibus mede notarium publicum papiensem et quia reperit et comperit statutum ipsum conditum esse et teneri ad augmentum divini cultus ac pacificum et bonum statum ejusdem ecclesie et degentium in ipsa auctoritate predicti Reverendi Domini Domini Cardinalis et episcopi qua fungimur omni juris via modo causa et forma quibus melius et validius potuit et potest ipsum statutum et omnia et singula in eo contenta admisit solempniter et confirmavit ac auctorizavit et approbavit ipsumque statutum precepit inviolabiliter observari sub penis contentis in eo. Et inde predictus dominus vicarius mandavit per me notarium infrascriptum publicum debere confici instrumentum presentibus Jo. Maria de lege f. q. Domini Lodovici notarii papiensis et domino presbitero Olivo de Ghisleriis clerico papiensi inde testibus.

Ego Syrus de Pischariis f. q. spectabilis j. v. doctoris Domini Christofori publicus papiensis apestolicaque et imperiali auctoritatibus notarius ac notarius curie episcopalis papiensis suprascriptum instrumentum approbationis et confirmationis mihi ut supra fieri jussum rogatus tradidi scripsi et subscripsi.

1525, 25 settembre.

IV. *Assegnamento dei beni di Cascina Nuova fatto dal Duca di Milano Francesco Sforza al Capitolo di Santa Maria in pertica per compensarlo delle terre di proprietà dello stesso Capitolo, le quali erano state incorporate nel Parco di Pavia dal Duca Giovanni Galeazzo.*

In nomine Domini. Anno a nativitate ejusdem millesimo quingentesimo vigesimo quinto. Indictione quartadecima die lune vigesimo quinto mensis Septembris. Cum alias inter Ill.mum et Excellen.mum quondam bone memorie dominum dominum Ludovicum Mariam Sfortiam Mediolani Ducem etc. ex una et Reverendum dominum tunc prepositum ecclesie Domine Sancte Marie Imperticha vulgariter nuncupate Civitatis Papie agentem suo et nomine venerabilium dominorum Canonicorum et Capituli ejusdem ecclesie ex altera partibus conventum extiterit ut pro nonnullis bonis et proprietatibus ipsius ecclesie alias per ducalem cameram occupatis in constructione Parci Papie ac pro omnibus redditibus ipsorum bonorum ab hinc retro perceptis prelibatus Ill.mus Dux teneretur dare et assignare prefatis dominis preposito et canonicis ac capitulo ejusdem ecclesie unam proprietatem redditus singulo anno librarum quinquecentum imperialium distribuendarum inter prefatos dominos prepositum et canonicos interessentes horis canonicis pro distributionibus quotidianis in predicta ecclesia et non aliter. Et quod donec predicta proprietas assignaretur ut supra quod ex redditibus dicti Parci singulo anno darentur predictis dominis preposito et canonicis libre quinquecentum imperiales distribuende ut supra ut seriosius continetur in istrumento superinde confecto per quondam dominum Joannem Petrum de Ciochis olim Curie Archiepiscopalis Mediolani notarium et cancellarium die vigesimo mensis maij anni millesimi quadringentesimi nonagesimi septimi seu tempore contento in ipso instrumento. Cumque predicta proprietas usquequaque non fuerit assignata, sed prefati domini prepositus et canonici perceperint singulo anno, exceptis tamen temporibus de quibus in infrascripta supplicatione, dictum annualem redditum librarum quinquecentum imperialium super redditibus predicti Parci. Cumque Ill.mus et Excell.mus dominus dominus Fran-

ciscus Sfortia secundus Mediolani Dux etc. de hujusmodi conventione notitiam habuerit et intendens predictam conventionem cum prelibato Ill.mo Duce Ludovico olim ejus genitore Collendissimo initam jam tandem exequi ad supplicationem prefatorum dominorum prepositi et canonicorum dederit literas magnificis et prestantissimis viris dominis magistris ducalium intratarum extraordinariarum in hanc formam videlizet. Dux Mediolani etc. dilectis nostris: Videbitis que per annexas preces nobis significata fuerunt nomine venerabilium prepositi et canonicorum ecclesie sancte Marie Imperticha Civitatis nostre Papie que cum honestati consona videantur, volentes conventa ab Ill.mo quondam parente nostro Collendissimo de quibus in supplicatione fit mentio observari, vobis comittimus ut illam assignationem dicti annualis redditus de bonis ipsius Parci faciatis quam juri convenire dijudicaveritis providendo etiam pro resciduo ficti vel redditus ipsis supplicantibus debiti eis satisfieri faciatis pro tempore quo camera nostra possedit.

Datum Mediolani die vigesimo quarto Julii MDXXV Signatum Visa Moronus et subsignata Bartolomeus Ponzonus. A tergo Egregiis et nobilibus dominis magistris Intratarum Extraordinariarum nostris dilectis et sigillatum sigillo ducali in cera alba more solito.

Ill.me Princeps cum alias in constructione Parci Papie occupata fuissent quedam bona immobilia pertinentia preposito et canonicis ecclesie nuncupate domine Sancte Marie Imperticha vestre Civitatis Papie pro quibus numquam prefatis dominis preposito et canonicis fuerat satisfactum Ill.mus indelende memorie Dux Ludovicus pro suo laudabili more qui erat ut unicuique quod est suum redderetur, convenit cum predictis dominis preposito et canonicis ut pro satisfactione bonorum predictorum ut supra occupatorum de eisdem assignando proprietatem unam annualis redditus librarum quinquecentum semper distribuendarum inter prefatos dominos prepositum et canonicos tantum interessentes horis canonicis pro eorum distributionibus quotidianis in predicta ecclesia et quod donec predicta proprietas eisdem assignaretur voluit quod ex redditibus predicti Parci annuatim persolverentur libre quinquecentum imperiales distribuende ut supra et ut seriosius relegitur literis prelibati genitoris vestri datis die tertiadecima maij 1497 signatis Ludovicus Maria quarum copia exhibetur. Et licet predicta proprietas numquam fuerit assignata, attamen pro tempore dominii prelibati

genitoris vestri predicti domini prepositus et canonici predictam annualem distributionem super redditibus predicti Parci consequuti fuerunt, occupantibusque Gallis hoc ducale dominum vestrum consequuti fuerunt eandem satisfactionem super dictis redditibus, tempore vero dominii Ill.mi Ducis Maximiliani cum redditus predicti Parci perciperentur per tunc viceregem Neapolitanum predictos annuales redditus consequi non potuerunt, facta autem felicissima recuperatione per Excell. vestram predicti ejus dominii Mediolani pariter ab eadem prefati domini prepositus et canonici super predictis redditibus consequuti fuerunt predictos annuales redditus exceptis tamen annis 1523 et 1524 pro quibus propter temporum calamitates ut creditur nichil usquequaque consequuti fuerunt. Novissime autem ad aures prefatorum dominorum prepositi et canonicorum pervenit Ill.mam Excellentiam Vestram redditus seu etiam universa bona predicti Parci condonasse diversis personis. Et quia dubitant quod si predicti redditus perveniant ad manus diversarum personarum quod nonnisi cum maximis impensa et laboribus consequi poterunt predictum annualem redditum et quotidie cogentur obtundere aures Excell. Vestre. Et propterea cogitaverunt ad eandem habere recursum, Eidem humillime supplicando ut illa dignaretur mandare magnificis dominis magistris Intratarum vestrarum extraordinariarum quibus dicitur demandata provintia distribuendi seu dividendi omnes redditus dicti Parci inter predictos donatarios quatenus constito de predicta conventione primo et ante omnia assignent predictis dominis preposito et canonicis tantam partem bonorum predicti Parci que sit predicti annualis redditus librarum quinquecentum provideantque ut ipsis supplicantibus satis fiat de predictis pro tempore quo constabit ipsos esse creditores, quod tamquam justum et honestum obtinere non ambigunt ab Excell. vestra cui se continuo commendant. Cumque predicte litere cum supplicatione in eis inclusa nomine prefatorum dominorum prepositi et canonicorum fuerint presentate prefatis dominis magistris et coram eis fuerint etiam exhibita hujusmodi instrumentum conventionis nec non quam plura instrumenta confessionum per que predictis dominis magistris constat ipsos dominos prepositum et canonicos esse in possessione percipiendi predictos annuales redditus ut superius exititit narratum. Cumque predicti domini magistri visis predictis literis nec non supplicatione prefatorum dominorum prepositi et canonicorum

et in earum literarum executione dederint literas domino Refferendario Papie tenoris sequentis videlizet : Refferendario Papie et Capitaneo Parci , Egregii tamquam fratres carissimi : Per exequire quanto havemo in comissione dal nostro Ill.mo Sig. Duca volemo, et così ve comettemo che faciate extimare tanti de li beni del Parco de Papia così del bono come del cattivo che ascendeno de reddito ogni anno libre cinquecento imperiali quali vano pagati ogni anno al Reverendo prevosto et canonici de Sancta Maria impertícha de Papia, et ad questo effecto mandiamo li magistro Martino Dalaqua ingeniero con lo Notario de la camera advertendo però ad non extimare quello terreno che già extimato per altri. Fareti anchora extimare tanto depsi beni del Parco quanto ascende al valore de libre Mille cinquecento imperiali accio si posseno assignare alli prefati preposito et canonici de li quali sono creditori per li fitti del 1523 et 1524 et 1525 et ne refferireti il tuto con la drita extimatione. Datum Mediolani die undecimo augusti MDXXV Signatum Magistri ducalium intratarum extraordinariarum. Cumque prefatus dominus Refferendarius in executione ipsarum literarum extimari et mensurari fecerit bona infrascripta ut patet literis ipsius domini Refferendarj directivis prefatis dominis magistris et mensuratione et extimatione de quibus infra et quarum literarum et mensure tenores sequuntur videlizet. Magnifici majorum bonorum. Per exeguire questo le Signorie vostre me comettenо per la sua de XI del presente cum intervento de magistro Martino Dalaqua ingenierio et mensuratore de la ducal camera et magistro Bartholomeo di Baldi dicto di Pelizi similmente ingenierio et mensuratore per mi electo et etiam cum intervenimento et astantia de messer Fermino di Lenati Capitaneo del Parco et cum el notaro de la ducal camera mandato per le predette Signorie vostre ho fatto fare la mensura et assignatione de le proprietate como per la inclusa copia de mensura sottoscripta per dicti mensuratori le poterano vedere alli venerandi domini preposito et canonici de la ecclesia de Santa Maria impertícha de Papia et li havemo extimato li prati a computo de soldi quaranta la pertícha de intrata et le terre lavorative a soldi dece como refferira alle predette Signorie vostre magistro Martino. Et a quelle me recomando, Papie XVIIII.° Augusti MDXXV Signatum de vostra Signoria Ludovico Pelizono ducale Refferendario de Pavia et sigillatum sigillo predicti

domini Refferendarij in cera viridi, a tergo Magnificis et prestantissimis dominis magistris ducalium intratarum extraordinariarum majoribus meis honorabilibus. Mediolani MDXXV die veneris XVIII.° mensis Augusti. Mensura facta per mi magistro Martino Dalaqua ingenierio de la ducal camera electo per li Signori Maestri de le intrate ducale extraordinarie per una parte et mi magistro Bartholomeo di Baldi dicto di Pelizi electo per il magnifico domino Refferendario et li venerandi domini prevosto et canonici de la ecclesia de Santa Maria impertìcha de Pavia per laltra parte de certi beni situati nel Parco de Pavia in executione de una comissione facta per li predetti signori Maestri directiva al predetto Refferendario como appare qui desotto ut infra videlizet. Primo petia una de terra partim campo et partim prato con una cassina appellata Cassina nova ruynata dentro pertiche in summa septecento zoè pertiche cento cinquanta prato et il resto campo zoè pertiche cento cinquanta prato a libre due e sono libre trecento, pertiche quattrocento campo a soldi dece e sono libre duecento che fanno libre cinque cento de intrata. Et il resto pertiche centocinquanta laborative per le libre mille cinquecento per li ficti manchati a computo de libre dece la perticha alla quale tutta peza coherenziano da una parte li beni assignati alla contessa Hieronyma Stampa dalaltra la charona in parte la strata che va a Pavia dalaltra la camera verso Pavia medianti li debiti termini, dalaltra in parte il muro et in parte boscho salvo errore etc. Item lo soprascripto prato con la ragione de laqua per adaquare dicti prati. Et in fede de questo havemo sottoscripto de nostra propria mane Mi Bartholomeo di Baldi dicto di Pelicij ingeniero electo ut supra in fede ho sottoscripto, Martinus de laqua ingenierius ducalis camere ac comunis Mediolani subscripsit. Modo autem magnifici et prestantissimi viri domini Marchionus de Barbaroariis, Jacobus Longhus juris utriusque doctor, nec non domini Joannes Maria de Brivio et Hieronymus de Seregnio omnes ex magnificis dominis magistris ducalium intratarum extraordinariarum et camere possessionum status Mediolani. Et in hac parte comissarij delegati per prefatas literas ducales visis prius et diligenter examinatis predictis literis eorum delegationis coram eis presentatis et exhibitis per spectabilem dominum Bernardinum de Solis sindicum et procuratorem prefatorum dominorum prepositi et canonicorum. Nec non predicto instrumento conventionis inite

cum prelibato quondam Duce Ludovico, visisque quamplurimis instrumentis confessionum per que apparet predictos dominos prepositum et canonicos fuisse et esse in possessione percipiendi predictos redditus secundum formam predicte conventionis, visisque etiam predicta estimatione et mensuratione facta per supradictos ingenierios auditoque etiam super predictis magnifico et clarissimo juris utriusque doctore domino Petro Paulo de Arigonibus ex magnificis dominis advocatis prefate ducalis camere, et denique visis videndis et omnibus mature et accurate consideratis et intendentes devenire ad expeditionem predicte eorum comissionis et in executione ejusdem et alias omni meliori modo jure via causa et forma quibus melius potuerint et possint nomine et vice et ad partem et utilitatem prefate ducalis camere et pro executione prefatarum preinsertarum literarum ducalium, assignaverunt et assignant ad proprium et allodium liberum franchum et absolutum ab omni onere ficto censu conditione prestatione et servitute alicui dandis prestandis faciendis seu etiam substinendis suprascripto domino Bernardino de Solis filio spectabilis domini Christofori porte orientalis parrochie Sancti Salvatoris in Sinodochio Mediolani sindico et procuratori prefatorum dominorum prepositi et canonicorum et capituli dicte ecclesie presenti et dictis nominibus stipulanti et recipienti, et michi notario publico infrascripto presenti stipulanti et recipienti nomine et vice et ad partem et utilitatem prefatorum dominorum prepositi et canonicorum et per nos dicto nomine ipsis dominis preposito et canonicis et capitulo ac eisdem licet absentibus, Suprascripta bona de quibus in suprascripta mensuratione et extimatione et terminata et coherentia ut supra que hic quatenus expediat habeantur pro expressis terminatis et coherentiatis, ac si de corpore in corpus ibidem essent descripta et terminata. Item omnia jura actiones et rationes causas et ipotechas pertinentes et spectantes et pertinentia et spectantia ac competituras et competitura predicte ducali camere quomodocumque et qualitercumque et undecumque una cum omnibus juribus actionibus et rationibus auxiliis accessibus ingressibus usibus viis utilitatibus et comoditatibus pertinentibus et spectantibus et quomodolibet pertinere et spectare possent predicte ducali camere in pro et super dictis bonis et juribus suprascriptis insolutum datis et assignatis et eorum causa et occasione ut supra. Ita quod amodo in antea predicti domini prepositus

et canonici et successores sui in prefato beneficio predicta bona et jura superius assignata et insolutum data ut supra habeant teneant gaudeant et possideant et de eis et in eis faciant et fieri faciant ac possint et valeant facere quicquid voluerint et eis placuerit sine prefatorum dominorum magistrorum et delegatorum et prefate ducalis camere et cujuslibet alterius interpositione conditione cedendo dando atque mandando prefati domini magistri et delegati nomine prefate ducalis camere ipsi domino Bernardino et michi notario publico infrascripto stipulantibus et recipientibus nomine et vice prefatorum dominorum prepositi et canonicorum et capituli et per nos dicto nomine prefatis dominis preposito et canonicis et item presentibus licet absentibus omnia jura omnesque rationes actiones replicationes exceptiones retentiones uxus et quascumque defensiones utiles directas reales personales meras mistas et ipotecharias et alias quascumque predicte camere quocumque modo et jure competentia et competentes et pertinentia et pertinentes et competitura et competituras. Et hoc contra et adversus datores suos et datores datorum suorum et contra suos fideiussores et quemlibet eorum insolidum et contra detentores et possessores bonorum et jurium pariterque que sunt fuerunt aut erant et contra quascumque personas et res pro predictis omnibus et singulis et predictorum omnium et singulorum occasione. Et constituerunt predicti domini magistri et delegati insolutum datores nomine prefate camere sese dicto nomine et prefatam cameram tenere et possidere suprascripta bona et jura superius insolutum data et assignata ut supra nomine prefatorum dominorum prepositi et canonicorum et successorum suorum in dicto beneficio et pro eis, et volentes predicti domini magistri et delegati dictis nominibus plenum dominium et plenam possessionum predictorum bonorum et jurium superius extimatorum et insolutum datorum et assignatorum ut supra in ipsos dominos prepositum et canonicos dare transferre et derelinquere omni dominio et possessioni vel quasi confestim et illico predicti domini magistri et delegati nomine predicte ducalis camere, Renuntiaverunt et renuntiant et in ipsum dominum Bernardinum et me notarium stipulantes et recipientes dictis nominibus in predictos dominos prepositum et canonicos et per nos dictis nominibus prefatos dominos prepositum et canonicos. Et item in eosdem licet absentes transtulerunt deseruerunt et dereliquerunt

et se se absentes exinde fecerunt et prefatos dominos prepositum et canonicos per omnia volentes suo ministerio facere et constituere possessores seu quasi predictorum bonorum et jurium superius insolutum datorum et assignatorum ut supra in eorum jure et statu posuerunt et ponunt ac prefatos dominos prepositum et canonicos missos et procuratores in hanc rem et prefate ducalis camere fecerunt. Et ita ut de cetero per omnia et modis omnibus predictos dominos prepositum et canonicos in locum jus et statum prefatorum dominorum magistrorum et delegatorum et prefate camere sint et succedant et esse et succedere debeant de et pro predictis bonis et juribus superius insolutum datis et assignatis ut supra et eorum occasione. Insuper predicti domini magistri comissarii et delegati nomine prefate camere promiserunt et promittunt ac vadia dederunt et dant obligando prefatam cameram et bona prefate camere tantum mobilia et immobilia presentia et futura ac domus suppellectilia et ea omnia que verosimiliter non cadunt nec venirent in obligatione generali pignore predicto domino Bernardino et michi notario stipulantibus et recipientibus nomine et vice prefatorum dominorum prepositi et canonicorum et capituli ejusdem ecclesie et per nos dicto nomine ipsis dominis preposito et canonicis et capitulo et item ipsis licet absentibus ita tamen quod predicti domini magistri et delegati vigore premissorum non intendant obligare se et bona eorum quod dicta bona et jura superius extimata et insolutum data ut supra defendent manutenebunt guarentabunt auctorizabunt et distrigabunt ac libera tradent prestabunt et conservabunt prefatis dominis preposito et canonicis et capitulo et eorum successoribus et cui vel quibus dederint seu darent semper et omni tempore ab omnibus et singulis persona et personis comuni collegio capitulo et universitate in forma comuni et juris et prout verus insolutum dator vero insolutum acceptori tenetur et natura et ordo hujus contractus postulat et requirit. Et item quod ipsos dominos prepositum canonicos et capitulum et suos successores et cui et quibus dederint seu darent dicta bona et jura superius extimata assignata et insolutum data ut supra exonerabunt deliberabunt et indempnes prestabunt et conservabunt semper et omni tempore ab omnibus suis et quibuslibet cujus fuissent predicta bona et jura superius extimata assignata et insolutum data ut supra fodris taleis focis inventariis conditionibus et oneribus olim impositis

et de cetero imponendis per comunitatem Mediolani seu per aliam personam. Et quod ponent et inducent prefatos dominos prepositum et canonicos et eorum successores in corporalem possessionem et tenutam dictorum bonorum superius insolutum datorum concedentes ex nunc predicti domini magistri delegati insolutum datores nomine prefate camere prefatis dominis preposito et canonicis eorumque cujuslibet nuntio et procuratori auctoritatem arbitrium et potestatem ac bayliam intrandi apprehendendi et retinendi corporalem possessionem et tenutam predictorum bonorum et jurium superius insolutum datorum et assignatorum et predicta omnia et singula facient predicti domini magistri delegati et pro observatione prefatarum literarum ducalium nomine prefate camere omnibus expensis dampnis et interesse predicte camere et sine aliquibus expensis dampnis et interesse prefatorum dominorum prepositi et canonicorum eorumque successorum. Et quod reddent et restituent predicti domini magistri delegati dicto nomine predictis dominis preposito et canonicis et capitulo et eorum successoribus omnia dampna et interesse ac expensas que perinde fierent et paterentur per prefatos dominos prepositum et canonicos ac capitulum eorumque successores premissorum actorum. Quod quidem datum insolutum et seu quam quidem assignationem et omnia suprascripta predicti domini magistri delegati nomine predicte camere et pro observatione prefatarum literarum ducalium fecerunt et faciunt ipsi domino Bernardino et michi notario publico infrascripto presentibus et stipulantibus nomine prefatorum dominorum prepositi et canonicorum et per nos dicto nomine ipsis dominis preposito et canonicis ac eisdem licet absentibus pro pretio et mercato firmato concluso et extimato ut supra. Et insolutum et pro solutione et satisfactione in una parte dicti annualis redditus dictarum librarum quingentarum imperialium que annuatim solvebantur ut supra et seu loco et scontro predicte proprietatis redditus dictarum librarum quingentarum imperialium singulo anno que assignari debebant pro dictis quotidianis distributionibus inter prefatum dominum prepositum et canonicos interessentes horis canonicis ut supra secundum formam predicti instrumenti conventionis de quo supra fit mentio. Nec non insolutum et pro solutione et satisfactione in alia parte librarum millequinquecentum imperialium de quibus predicti domini prepositus et canonici sunt et restant creditores

pro annis tribus finituris in festo Sancti Martini proximo futuro quibus non perceperunt dictum annualem redditum librarum quingentarum imperialium. Et de quibus supra. Et hoc juxta et secundum formam contentam in dicta extimatione de qua supra fit mentio. Renuntiantes predicti domini magistri delegati nomine prefate camere exceptioni non facte hujusmodi assignationis et dationis insolutum et presentis instrumenti non sic celebrati et rei non sic geste omniumque et singulorum suprascriptorum et infrascriptorum non ita et taliter actorum et factorum exceptioni doli mali actioni in factum conditioni sine causa vel ex injusta causa. Renuntiantes etiam ne unquam possint predicti domini magistri et delegati insolutum datores nec agentes pro predicta camera dicere opponere nec allegare aliquo tempore se dictis nominibus et prefatam cameram fore deceptos aut lexos in dimidia citra nec ultra dimidiam justi pretii insolutum dationis predicte attenta dicta extimatione de qua supra fit mentio. Renuntiantes expresse legi secunde codicis de rescindenda venditione omnibusque aliis legibus et legum auxiliis tam canonicis quam civilibus decretis statutis provixionibus et ordinamentis factis et fiendis ex quibus possent se dictis nominibus ac prefatam ducalem cameram tueri et defendere in contrarium. Et si quo tempore reperiretur predictam dationem insolutum plus valere pretio suprascripto ex nunc illud plus quod plus valere repeririretur attenta dicta superius preinserta extimatione pacto expresso prefati domini magistri et delegati insolutum datores nomine predicte camere in manibus predicti domini Bernardini et mei notarij infrascripti presentatum et stipulatum nomine prefatorum dominorum prepositi et canonicorum ac capituli et per nos dicto nomine ipsorum dominorum prepositi et canonicorum ac capituli. Et item in eorundem manibus licet absentium remiserunt et remittunt. Et finem confessionem remissionem perdonationem liberationem quietationem absolutionem transactionem et pactum perpetuum de non petendo nec aliquid aliud ulterius requirendo fecerunt et facient de pluri predicto. Rogantes me Christophorum Saccum notarium publicum ante dictum et infrascriptum ut publicum de predictis conficiam instrumentum. Acta hec fuerunt in camera offitij prefatorum magnificorum dominorum magistrarum situata in ducali curia arenghi Mediolani sub anno indictione et die quibus supra presentibus ibidem spectabilibus domino Johanne Petro de Bononia

filio quondam domini Celsi porte Nove parrochie Sancti Fidelis Mediolani, Johanne Jacobo de Gradi dicto de Castiliono filio quondam domini Ambrosij porte Horientalis parrochie Sancti Martini in Campedo Mediolani et Augustino de Garzinis filio quondam domini Johannis porte Nove parrochie Sancti Martini ad nuxigiam Mediolani, omnibus testibus notis et idoneis ad premissa adstantibus vocatis et rogatis. Et pronotariis Henricho de Capitaneis filio quondam domini Johannis Antonij porte Horientalis parrochie Sancti Babile intus et Hieronymo de Legnano filio quondam domini Nicolay suprascriptarummet porte et parrochie Mediolani.

Ego Christophorus Saccus porte Nove parrochie Sancti Andree ad pusterlam novam Mediolani publicus apostolica et imperiali ac ducali auctoritatibus Notarius de predictis rogatus confeci instrumentum meque in fidem et testimonium premissorum subscripsi.

1546, 5 giugno.

V. *Sisto Ranuzio Sabino Vicario generale del Cardinale Giovanni Maria Del Monte amministratore del vescovato di Pavia lamenta parecchi disordini, intima sotto gravi pene l' adempimento dei legati di messe e l' intervento dei canonici alle officiature corali.*

Sixtus Ranutius Sabinus Juris ustriusque doctor Reverendissimi in Christo Patris et Illustrissimi Domini Domini Jo. Mariae Episcopi Prenestinensis, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis de Monte vulgariter nuncupati, Sanctae Sedis Apostolicae ad Concilium Tridentinum Praesidentis et ejusdem Legati de latere dignissimi et Episcopatus Papiensis perpetui Administratoris, Vicarius et Locumtenens Generalis. Jam dudum Ecclesiis Inclitae hujus Civitatis Papiensis, quae sub ordinaria qua fungimur jurisdictione subsunt, a nobis visitatis, reliquum erat, ut quae reformatione digna reperimus, statim, nullaque super hoc adhibita mora reformaremus, sed cum neque sacros canones, neque synodales constitutiones, neque particularia quarumlibet Ecclesiarum statuta vidimus servari, ita sancte pieque a majoribus nostris condita et ab illis servata, altaria adeo nuda ut pene a praedonibus spoliata videantur: insuper nonnulla sine

dote et capellano a laicis ut propria habita, sacrarum rerum et etiam templorum dominium nancisci, praesumentes missas et alia divina officia aut nullo modo aut minus recte celebrari contra antiquas consuetudines, capellarum fundationes, et Testatorum dispositiones, atque haec promiscue tam defectu nonnullorum sacerdotum bonis ecclesiasticis abutentibus, quam laicorum penes se inique eadem et injuste detinentes in animarum non modicam jacturam, tam defunctorum a quibus relicta quondam fuere, quam viventium bona ipsa usurpantium: Nempe his difficultatibus remorati, videntesque non pauca solum, sed omnia ab honesta et vera Dei lege deviare et alia hujusmodi multa, quae recensere horret animus noster, adventum Reverendissimi et Illustrissimi D. Cardinalis praefati expectandum fore apprime opportunum rati sumus, ut his omnibus sua authoritate et justitia continuo finem imponeret, in rectamque viam cuncta restitueret. Cum autem pro totius christianae fidei, catholicaeque Romanae Ecclesiae unione, concordia ac tuitione longe ultra annum Tridenti detentus sit, ibique ingentibus hisce negotiis, ubi de summa rerum tractatur, praepeditus, non satis ocii ad gregem hunc suum regendum habere nunc valeat, ut huc conferre se possit, ne longa mora majus detrimentum afferat, iccirco abusibus, murmurationibus, corruptelis et scandalis his Deo favente occurrere volentes, omnes et singulos suprascriptos tenore praesentium primo, secundo, tertio et ultimo monemus, citamus, requirimus, ac eisdem sub infrascriptis poenis praecipimus, quatenus praepositus et canonici per seipsos vel saltem per idoneum substitutum a nobis approbandum residentiam facere, divina offitia dicere in choro, cottis albis interesse et ea qua decet reverentia ac silentio a principio usque ad finem assistentes missas etiam cantare et alia ad quae tenentur exequi, Capellani vero quibus vigore fundationis vel alio modo residendi onus competit, pariter ut supra residere et missas ut infra continetur, in eorum capellis celebrare, altaria continue et condecenter vestita tenere, et haec omnia infra terminum dierum quatuordecim. Quod si secus a quopiam praedictorum factum fuerit et in aliquo capite hujus nostri Edicti contraventum, quilibet pro vice qualibet in poenam solidorum quatuordecim in diebus festivis, in ceteris etiam octo incidat infra triduum sacristiae dictae Ecclesiae solvendorum, qui nobis et camerario sacristiae singulo mense rationem reddere teneatur, praedictae-

que pecuniae in ipsius sacristiae utilitatem converti debeant. Quod si memorata poena infra dictum tempus per contrafacientes soluta non fuerit, ipsos omnes excomunicationis sententiam incurrisse ex nunc prout ex tunc absque alia ulteriori monitione pronuntiamus et declaramus. Caveant igitur ne irregularitatem incurrant, nam haec omnia adeo ad unguem ut serventur volumus, ut etiam praefatum Sacristam in poenam unius floreni incurrere jubemus, si in feria secunda cujuslibet hebdomadae nobis qui huic decreto non parebunt in scriptis annotatos non detulerit. Si autem aliqui nihil penitus in ipsa Ecclesia debitae servitutis praestare voluerint contra eos hoc Edicto vicem trium citationum gerente ad beneficiorum privationem ac declarationem deveniemus. Et quoniam plerosque laicos jura sepulcrorum et capellas, altariaque in praedicta ecclesia habere praetendentes publice manuimus, ut altaria et capellas infra certum tempus dotarent sub poena privationis earundem, cum a jure sine dote juspatronatus non acquiratur, Rubr. *Abreptus,* premissa et quae latius in alio Edicto continentur non adimpleverint, a juribus eorum, si quae habebant, cecidisse, nullumque amplius competere eisdem pronunciamus, nisi infra triginta dierum spatium praedictae nostrae monitioni paruerint. Indignum enim et absonum videtur quempiam in Ecclesiis sibi jus vendicare, nisi in casibus a canone permissis. Ceterum sacriligi nuncupari possint contrafacientes, in quorum testimonium praesentes fieri jussimus et registrari nostrique sigilli impressione muniri.

Datum Papiae in Episcopali Palatio die quinta mensis Junii M. D. XLVI.

Die Dominica.

Reverendus D. Prepositus . . . . de Lechamis in cantu.

Capitulum pro capella S. Eleuchadii.

R. D. Nicola de Ferrariis pro capella Sanctae Crucis.

D. presbyter Antonius de Doctis pro capella S. Stephani.

D. Melchion de Nigris pro capella S. Antonii.

D. Antonius de Ferrariis pro capella S. Honofrii.

D. Alexander de Zaganis pro capella S. Catherinae.

D. presbyter Thomas de Pateriis pro capella S. Joannis.

Die Lunae.

Reverendus D. Jo. Ambrosius de Ferrariis Canonicus in cantu.

Capitulum pro capella S. Eleuchadii.

D. presbyter Antonius de Doctis pro capella S. Stephani.

D. Paulinus de Natis pro capella de Carnevariis.
D. Melchion de Nigris pro capella S. Antonii.
D. Antonius de Ferrariis pro capella S. Honofrii.
D. Alexander de Zaganis pro capella S. Catherinae.

Die Martis.

Reverendus D. Aloysius de Grampis Canonicus in cantu.
D. Baptista de Ferrariis pro capella S. Hieronymi.
Capitulum pro capella S. Michaelis.
R. D. Nicola de Ferrariis pro capella S. Crucis.
D. Franciscus de Pagnanis pro capella S. Margarìtae.
Capella S. Bernardi illorum de Curte.
D. presbyter Thomas de Pateriis pro capella S. Joannis.

Die Mercurii.

Reverendus D. Martinus de Ponte Canonicus in cantu.
Capitulum pro capella S. Eleuchadii.
D. Paulinus de Natis pro capella de Carnevariis.
Pro capella de Garziis alla ferrata.
D. presbyter Melchion de Nigris pro capella S. Antonii.
D. Antonius de Ferrariis pro capella S. Honofrii.
D. Carion de Petra pro capella S. Bernardini.

Die Jovis.

Reverendus D. Carolus Lonatus Canonicus in cantu.
Capitulum pro capella S. Michaelis.
Rev. D. Marcus Ant. Isimbardus pro capella Annunciationis.
D. Paulinus de Natis pro capella de Carnevariis.
D. Franciscus Pagnanus pro capella S. Margaritae.
Capella S. Bernardi illorum de Curte
D. presbyter Thomas de Pateriis pro capella S. Joannis.
D. Jo. Antonius de Guerris pro capella S. Annae.

Die Veneris.

Reverendus D. Matheus de Ferrariis Canonicus in cantu.
Rev. D. Nicola de Ferrariis pro capella S. Crucis.
D. presbyter Antonius de Doctis pro capella S. Stephani.
Pro capella de Garziis alla ferrata.
D. Melchion de Nigris pro capella S. Antonii.
D. Antonius de Ferrariis pro capella S. Honofrii.
Capitulum pro capella S. Nicolai.
D. Carion de Petra pro capella S. Bernardini.

Die Sabbati.

D. Carion de Petra Canonicus in cantu.

D. presbyter Antonius de Doctis pro capella S. Stephani.
Rev. D. Jacobus di Millo pro capella S. Mariae ... alla ferrata.
Pro capella de Garziis alla ferrata.
D. presbyter Jacobus de Castoldis pro capella Annuntiationis.
D. Alexander de Zaganis pro capella S. Catherinae.
Capitulum pro capella S. Nicolai.

Capellani Residentes.

D. presbyter Thomas de Pateriis.
D. Jacobus Castoldus.
D. Antoninus de Ferrariis.
D. Melchion de Nigris.
D. presbyter Antonius de Doctis. (*)

Subscript. Sixtus.

Bernardinus de Laborantibus Episcopatus Papien. Cancellarius.

1561, 17 luglio.

VI. *Ippolito Rossi Vescovo Conoviese* (**) *Coadjutore del Vescovo di Pavia Giovanni Girolamo Rossi ordina ai canonici e beneficiati della Cattedrale di non rendersi trasgressori dei loro doveri intorno alla residenza corale ed alla recita cotidiana del divino officio diurno e notturno.*

1561. die XVII. Julii in vesperis. Reverendissimus in Christo Pater et Multum Illustris D. Comes Hippolitus de Rubeis Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Conoviensis episcopatusque papiensis in spiritualibus et temporalibus coadiutor etc. qui preteritis diebus ordinavit quod per Reverendos D. Prepositum et canonicos ceterosque beneficiatos ecclesie cathedralis papiensis residentes in dicta ecclesia quotidie omnes hore tam diurne quam nocturne dicerentur et recitarentur ipsis Reverendis D. Preposito

(*) Il prevosto, i canonici, i cappellani e le cappelle nominate in questo Editto appartenevano alla Chiesa parrocchiale e collegiata di S. Michele maggiore della nostra città, nel cui archivio esiste tuttora un estratto autentico della visita pastorale di essa Chiesa eseguita dal vescovo Girolamo Melzi il giorno primo di febbrajo 1662, dove sono enunciate colla stessa appellazione tutte le suddescritte cappelle.

(**) Ippolito Rossi assunse il governo della Chiesa Pavese l' anno 1560 in qualità di Coadiutore del suo zio Giovanni Girolamo Rossi a cui successe nel 1564. Fu creato Cardinale nel 1585 dal Papa Sisto V. e cessò di vivere nel 1591.

et canonicis tunc presentibus et audientibus, pro comperto nunc habuit quod beneficiati predicti residentes jam a recitatione ipsa horarum cessarunt nec illas recitare amplius curant, licet id facere cepissent. Animadvertit etiam quod beneficiati ipsi ea causa quod cum primum duodecim librarum (*) notam residentie compleverint eo quod totam et plenam obtineant residentiam ulterius divinis ipsis officiis vacare et interesse non curant, ex quo aliquando ecclesia ipsa et chorus pene destitutus remanet: volens igitur et intendens premissos abusos quantum fieri potest tollere ne ecclesia ipsa debitis fraudetur obsequiis et in divinis non patiatur: statuit, ordinavit, ac statuit et ordinat quod Beneficiati ipsi totam et integram notam residentie et distributionum obtinere non possint nisi toto et integro anno dictis divinis officiis interfuerint et vacaverint. Annotatorque pro eo tantum tempore quo interfuerint dictis divinis officiis juxta ordines ipsos annotare debeat. Et Camerarius, in solvendo ipsis distributionibus, illis tantum qui residerint et interfuerint ut supra, distributiones ipsas tantum solvat et distribuat ad ratam temporis hujusmodi residentie continuato tempore anni fiende, sub pena annotatori et camerario contrafacienti aureorum decem pro singulo et singula vice qua contrafecerint eo ipso in casu contraventionis incurrenda et mense episcopali papiensi applicanda. Et inde etc. quam ordinationem et mandavit et mandat predictus Reverendissimus D. inthimari predictis dominis Beneficiatis ad locum eorum congregationis et copiam muro ipsius affigi et dimitti, per quam ipsos teneri voluit ac si singulis ipsorum personaliter inthimate essent et de cujus inthimatione et affixione etc. et inde etc.

Hippolitus Episcopus ut supra.

Ego Bartholomeus Francanus notarius
et Cancellarius subscripsi.

(*) Una libbra di residenza è costituita di 600 punti, quindi libbre dodici danno 7200 punti, i quali sono richiesti per compiere il prescritto annuale intervento dei canonici alle officiature corali. Secondo il Documento 18 ottobre 1407 prodotto alla pagina 123, ogni punto di residenza, che si acquistava dai canonici per l' intervento alle diverse officiature corali, era valutato un denaro.

1564, 14 giugno.

VII. *Costituzione del Vescovo Ippolito Rossi per la quale viene abolita la gerarchia del Capitolo cattedrale e sono dichiarate sacerdotali anche le prebende appartenenti ai canonici dell'ordine diaconale e soddiaconale, ai quali sono sostituiti sacerdoti estranei al Capitolo per esercitare le funzioni di diacono e soddiacono nelle messe solenni capitolari.*

Considerantes Reverendi Domini Praepositus, Archidiaconus, Archipresbyter, Cantor et Canonici laudabiliorem esse consuetudinem quod omnes tam in dignitatibus principalioribus constituti, quam canonici in Ecclesia Cathedrali sint sacerdotes juxta Sacri Oecumenici Concilii Tridentini desiderium seu dispositionem, ad instantiam et requisitionem praefati Reverendissimi Domini Episcopi statuerunt et statuunt ac ordinaverunt et ordinant omnes et singulos tam dignitatem quam canonicatum in dicta Ecclesia Papiensi obtinentes et qui de cetero et in futurum obtinebunt, debere ac teneri esse sacerdotes, eorumque praebendas debere esse sacerdotales, salvis vero infrascriptis. Itaque si quidam in praesenti nundum reperiantur esse in sacerdotio constituti teneantur infra annum proxime futurum se ad omnes sacros et presbyteratus ordines promoveri facere, omnesque et singuli in futurum eligendi ad dignitates vel canonicatos praedictos ipsarum electionum tempore sint sacerdotes vel in tali aetate constituti quod infra annum post hujusmodi electiones secuturas ad presbyteratus ordinem se promoveri facere possint, quibus omnibus tamquam tendentibus et cedentibus in evidens divini cultus augmentum praefatus Reverendissimus Dominus Episcopus auctoritate ordinaria qua fungitur et aliis, omni jure etc. consensit et admisit, ac consentit et admittit, dictumque statutum approbavit et confirmavit ac approbat et confirmat mandans illud inviolabiliter observari. Decernens praefatum Reverendum D. Archidiaconum et dictos Reverendos Dominos Canonicos, qui jamdudum suam septimanam in ordine diaconali sive subdiaconali fecerunt ejusque approbationem a praefato Rev. Capitulo obtinuerunt et ad participationem quotidianarum distributionum jam admissi fuerunt, ad aliquam aliam septimanam sacerdotalem faciendam ejusque approbationem

a praefato Reverendo Capitulo obtinendam, ad effectum scilicet ut dictas distributiones quotidianas obtinere possint, non teneri, ex quo jam probati fuerunt et habiles ad eas percipiendas a praefato Rev. Capitulo judicati sunt.

Et ut debita provisio Ecclesiae necessitati fiat de personis quae Evangelium et Epistolam cantent et aliter quomodolibet in missis praefatis Reverendis Domino Praeposito, Archidiacono, Archipresbytero, Cantori et Canonicis prout decuerit tam in apparatu quam aliter deserviant omnibus et singulis diebus. quibus ipsi Missam in cantu celebrabunt, praefatus Reverendissimus Dominus Episcopus sponte et ex certa, mera, vera et pura voluntate et liberalitate praefatis Reverendis Dominis et Capitulo ibidem praesentibus, stipulantibus et acceptantibus pro suo et quorumlibet et quorumcumque in praemissis et infrascriptis interesse in futurum quomodolibet praetendentibus et praetenditurís promisit et promittit se singulo anno semper et in perpetuo soluturum infrascriptis Evangelia et Epistolas cantaturis scutos viginti auri donec et usquequo implicaverit scutos quatuor centum auri in uno vel pluribus fundis seu aliter et ex quo seu ex quibus ad minus dicta viginti scuta auri percipi debeant et possint, quae dari debeant dictis Evangelia et Epistolas cantaturis et aliter ut supra deservituris et inter eos ad ratam laborum quos sustinere contingerit . . . . distribuendis, et quos quidem Evangelia et Epistolas cantaturos praefatus Reverendissimus Dominus Episcopus deputare intendit in eo numero quo sibi videbitur et placuerit et ad nutum ejus amovibiles et eorundem deputationem ac ad nutum, remotionem et liberam cessationem seu privationem ad eundem Dominum Episcopum ejusque successores semper et in perpetuum et usque duraverit ut infra libere spectare vult et intendit. Hic tamen adiectas conditiones qui si unquam ullo futuro tempore evenerit quod dicti ut supra ad dicta Evangelia et Epistolas canendas deputandi non possent dictos fructus et redditus percipere aut alio modo eis de mercede condigna provisum non fuerit et propterea a dictis cantationibus et servitiis cessaverint eo in casu liberum sit praefatis Reverendis Dominis Archidiacono Blasio, Buzzio Joanni, Francisco Pagnano et Joanni Dominico Sempio et eorum successoribus in eorum prebendis Diaconalibus ad servitia sua consueta et ad Diaconos in dicta Ecclesia pertinentia (reverti); dictis vero Marco Gattinario. Odoardo de Sancto Nazario,

Lucae Torto, et Simoni Gatto qui praebendas subdiaconales inde obtinent et eorum successoribus in eorum praebendis subdiaconalibus ad servitia sua consueta et ad subdiaconos in dicta Ecclesia spectantia reverti. Et eo etiam in casu per praefatum Reverendum Capitulum quandocumque eorum Archidiaconatus et canonicatus ac praebendae per tempora vacaverint, personae ex ea aetate constitutae eligi debere, quae ad diaconatus seu subdiaconatus Ordines suscipiendos respective referendo requiritur, vel ad eos infra annum exinde secuturum promoveri possendum aptae fuerint.

Praefati vero Reverendi D. Prepositus, Cantor, Pompejus Preottonus, Jeronimus Oltrabona, Joannes Maria Parona, Joannes Franciscus Ultrabellus eorumque successores in eorum praebendis sacerdotalibus sint et remaneant ac esse debeant sacerdotes et servitia sacerdotibus hucusque incumbentia in dicta Ecclesia impendere teneantur. Praefati etiam Archipresbyter qui de praesenti subdiaconalem, et Joannes Antonius Bertius qui diaconalem praebendas obtinent sint et omnino et ad omnem eventum esse debeant sacerdotes et servitia ad Sacerdotes in dicta Ecclesia pertinentia impendere teneantur. Quod ideo constitutum et cum dictis auctoritate et decreto per praefatum Reverendum Capitulum firmatum fuit, ut dum Sacri Oecumenici Concilii Tridentini Decretum executioni debitae per eundem Reverendum Capitulum mitteretur, quod ad minus dimidiam dignitates et canonicatus in Cathedrali obtinentium in sacerdotio constitutos ac sacerdotes esse requirit et Archipresbytero impositum fuit tamquam Archipresbyter, presbyter esse de jure debeat, tum quod praefatus Reverendus D. Antonius Maria suo et successorum suorum nomine id etiam libere concessit, ac praefato Reverendissimo D. Episcopo, ac praefato Reverendo Capitulo placuit, dicto vero Domino Joanni Antonio Bercio ejusque in ejusdem praebenda successoribus etiam attributum fuit, eo quod sic praefato Reverendissimo Domino Episcopo et Reverendo Capitulo placuit, et ipse Reverendus Dominus Joannes Antonius Berzius suo et successorum suorum nomine etiam libere consensit et consentit.

Instrumentum rogatum die 14 Junii 1564 per D. Joannem Antonium De Segna Notarium papiensem et Cancellarium Curiae episcopalis. *(La minuta originale di questo documento esiste presso il nostro Archivio pubblico notarile).*

1564, 1 luglio.

VIII. *Antonio Mario Caballo Dottore d' ambe le leggi Vicario generale d' Ippolito Rossi Vescovo di Pavia sopprime la chiesa parochiale di S. Secondiano. Aggrega i suoi abitanti parte alla parochia di S. Lorenzo, parte a quella di S. Primo, ed applica le rendite della soppressa chiesa al Collegio dei cappellani della Cattedrale.*

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo quingentesimo sexagesimo quarto indictione septima die vero Jovis primo mensis Julii hora vesperarum vel circa in Civitate Papie, videlicet in camera audientie infrascripti Rev. D. Vicarii episcopalis sita in episcopali palacio porte pertusii par. S. Georgii in fenarolo. Ibique m. R. J. U. Doctor D. Antonius Marius Caballus curie episcopalis papiensis Vicarius et Locumtenens generalis Reverendissimi et mult. Ill. D. D. Hippoliti de Rubeis Dei et Apostolice Sedis gratia Episcopi papiensis et comitis, qui in visitatione ecclesiarum hujus civitatis inter cetera reformatione digna comperuit in presenti civitate adesse parochialem ecclesiam sub vocabulo Sancti Secundiani positam in porta S. Johannis juxta multas alias ecclesias, que nunc vacat et cujus redditus adeo tenues sunt, in quantitate videlicet librarum decem et septem imperialium tantum, quod ex eis sustentari non potest curator qui illi in divinis deserviat et ejus animarum curam gerat, dictaque ecclesia et ejus domus multis reparationibus indigent et ruinam minantur nec nisi cum maxima impensa restaurari possunt, ad quam restaurationem non suppetunt dicti redditus, suntque sub animarum cura dicte ecclesie tam modice familie, quod ille in modum de quo infra, infrascriptis parochialibus ecclesiis applicate, unite et incorporate illorum cura animarum curatoribus commode geri et exerceri poterit, quorum etiam habitatorum major pars ad infrascriptas ecclesias, que illis vicine sunt, comode, ample et capaces, et in quibus et earum singulis plures singulis diebus dicuntur misse et frequentantur divina, pro divinis acceditur, quodque si unio aplicatio et incorporatio in modum de quo infra fiat in divini cultus cedet augmentum, cum preterea et capellani ecclesie cathedralis papiensis qui ob tenuitatem reddituum collegii ipsorum

capellanorum apud ipsam ecclesiam ut oporteret non resident, ob infrascriptum, et alia reddituum augmenta apud ipsam ecclesiam commodius residere poterunt, propterea ad divini cultus augmentum pro tribunali sedens super quadam cathedra ut supra posita, quam cathedram et quem locum pro ejus juridico et tribunali banco et loco idoneo ad hunc actum, omniaque et singula infrascripta et in presenti instrumento contenta specialiter eligit auctoritate sua ordinaria facultateque sibi per formam et dispositionem Sacri Tridentini Concilii concessa et comissa, et qua fungitur in hac parte et omnibus jure via modo causa et forma quibus melius et validius potuit et potest intervenientibus his quibuscumque solemnitatibus in similibus requisitis et opportunis dictam animarum curam dicte ecclesie Sancti Secundiani incumbentem parochialibus ecclesiis Sancti Primi et Sancti Laurentii vicinioribus in modum de quo infra perpetuo univit, annectivit et incorporavit, ac unit, annectit et incorporat, videlicet primo dicte ecclesie Sancti Primi univit et unit, et ut supra ac assignavit et assignat domos ac familias in illis nunc et in perpetuum habitantes videlicet domum D. Jo. Andree et fratrum de Medicis cui coheret a mane strata a meridie nunc quondam magnifici D. Augustini Senaghi, a sero etiam strata et a nulla hora magnificus D. Francus de Lonatis. Item domum predicti magnifici D. Franchi Lonati cui coheret a mane et a nulla hora strata, a sero dicta ecclesia Sancti Secundiani mediante cadrona et a meridie supradicta domus supradictorum fratrum de Medicis. Item domum D. Augustini Toredani, cui coheret a mane et a meridie strata a sero etiam strata, cadrona mediante, et a nulla hora nunc quondam Jo. Angeli de Nigris. Item domum supradict. hered. Jo. Angeli de Nigris, cui coheret a mane strata, a meridie supradict. D. Augustinus a sero cadrona, et a nulla hora D. Gentilis de Nigris. Item domum supradict. D. Gentilis cui coheret a mane strata a meridie suprascript. hered. Jo. Angeli de Nigris, a sero cadrona, a nulla hora Blanca de . . . . Item domum suprascript. Blanche cui coheret a mane strata a meridie suprascript. D. Gentilis, a sero cadrona, et a nulla hora magnificus D. Jo. Jacobus della Turre. Item domum D. Christofori de Gandino, que est ab alio latere vie, cui coheret a mane nunc quondam magnifici D. Jo. Francisci de Beccaria, a meridie magnificus D. Alessius de Curtis de Fortunago, a sero et nulla hora strata. Item

domum suprascripti magnifici D. Alessii cui coherent a mane suprascript. hered. magnifici D. Jo. Francisci de Beccaria, a meridie D. Laurentius de Ghisleriis a sero strata et a nulla hora suprascript. D. Jo. Christoforus de Gandino. Item domum suprascript. D. Laurentii de Ghisleriis cui coheret a mane magnificus D. Jo. Maria Lunatus a meridie idem D. Lunatus, a sero strata, et a nulla hora suprascript. magnificus D. Alessius. Item domus duas simul annexas magnifici D. Jo. Marie Lunati in quarum una habitat prefatus magnificus D. Jo. Maria, aliam vero concedit ad fictum et consuevit teneri per magnificum D. Jo. Stephanum de Faciardis, quibus coheret a mane nunc quondam magnifici D. Hieronimi de Bozarellis a meridie et a sero strata et a nulla hora suprascript. D. Laurentius Ghisleriusr. Item domum nunc quondam Guliermi de Panigatis in qua est furnus cui coheret a mane, nulla hora et sero strata et a meridie D. Hieronimus de Beccaria f. q. magnifici D. Thome. Item domum predicti D. Hieronimi in qua continentur tres domus annexe quibus coheret a mane, meridie et a sero strata et a nulla hora suprascripta domus de furno sive etc. Item dicte ecclesie Sancti Laurentii univit et unit et ut supra assignavit et assignat domos et familias in eis nunc et in perpetuum habitantes, videlicet domum egregii D. Nicolai de Aycardis causidici cui coheret a mane strata a meridie egregius D. Hieronimus de Tortis a sero ut supra strata, mediante quadam domuncula predicti D. Aycardi, a nulla hora nunc quondam magnifici D. D. Augustini Senaghi fisici in qua comprehenduntur apoteca confetarie et alie due domus concesse ad fictum simul se tenentes domum praefat. hered. q. magnifici domini Augustini Senaghi, et sunt due domus se simul tenentes et due apotece quibus omnibus coheret a mane strata a meridie prefatus D. Nicolaus Aycardus a sero etiam strata, et a nulla hora domus D. Andree et fratrum de Medicis unite ut supra ecclesie Sancti Primi. Item domum D. Gerardi de Levatis cui coheret a mane a meridie et a sero strata et a nulla hora D. Philippus de Enzago. Item domum et apotecam illorum de Vacharubea cui coheret a mane cadrona a meridie et a sero strata et a nulla hora . . . . Item domum magnifici fisici D. Augustini de Camera cui coheret undique strata. Item ecclesiam predictam Sancti Secundiani cum ejus domo cui coheret a mane cadrona a meridie egregius D. Nicolaus Aycardus a sero et nulla hora strata. Et ita quod dicta

parochia Sancti Secundiani, dicteque domus et familie ut supra dicte ecclesie Sancti Primi unite sint cum parochia predicta Sancti Primi una et eadem cura et parochia sub vocabulo Sancti Primi, eademque etiam parochia Sancti Secundiani domus et familie ut supra predicte ecclesie Sancti Laurentii unite sint cum dicta parochia Sancti Laurentii una et eadem cura et parochia sub vocabulo Sancti Laurentii, ita quod liceat in futurum d. curatoribus dictam ecclesiam Sancti Primi et Sancti Laurentii in cura animarum dicte ecclesie Sancti Secundiani ut supra respective unitarum, et respective immisceri, illasque gerere, quam curam ejusque omnimodam administrationem eisdem respective ut supra commisit et committit, redditus autem dicte ecclesie Sancti Secundiani nec non ecclesiam ipsam profanandam et in profanos usus, non tamen sordidos convertendam, ac ipsius ecclesie domum illi annexam, cujus tamen domus usumfructum R. D. Francisco Thonine rectori ecclesie Sancti Georgii loci Gropelli papiensis diocesis reservavit et reservat, ita quod idem D. Franciscus quamdiu vixerit dicta domo uti et frui possit, ven. collegio d. capellanorum residentium pariter ecclesie papiensis univit et incorporavit, unitque et incorporat ac applicavit et applicat per ipsum collegium et illius capellanos a presenti die in antea exigendos et percipiendos et in ipsius collegii usus convertendos simul cum ceteris ipsius collegii redditibus, et distribuendos et ita quod sint redditus ipsi unum et idem corpus cum aliis redditibus dicti collegii sub noncupatione reddituum collegii d. capellanorum ecclesie cathedralis Papie, cui etiam collegio teneatur prefatus D. Thonina durante dicto usufructu in recognitionem dominii dicte domus solvere quotannis in festo Sancti Martini par unum caponum incipiendo hujusmodi solutionem facere in festo Sancti Martini proximo futuro et sic successive omni anno ejus vita durante ut supra in dicto festo Sancti Martini, et inde de premissis omnibus et singulis prefatus R. D. Vicarius mandavit et mandat per me notarium infrascriptum publicum debere confici instrumentum presentibus ven. D. presbitero Laurentio de Sarciis rectore ecclesie loci Portus Albere episcopatus Papie, Antonio de Ronchis filio magistri Vicentii et Gulielmo de Columbanis f. q. Bernardini servitore predicti Rev. D. Vicarii inde testibus notis idoneis vocatis et rogatis.

Subscript. Jo. Antonius de Segna notarius et cancellarius Curie episcopalis Papie.

1564. 22 settembre.

IX. *Il Vescovo Ippolito Rossi abolisce la parochia di S. Giorgio de' Catassi, e la concentra nella parochia di S. Eusebio. Assegna le rendite dell' abolita parochia di S. Giorgio ai Cappellani collegiati della Cattedrale, ed impone ad essi l' obbligo di cantare la messa conventuale tutti i giorni feriali.*

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo quingentesimo sexagesimo quarto indictione septima die vero veneris vigesima secunda mensis septembris hora vesperarum vel circa in Civitate Papie videlicet in quadam camera superiori episcopalis palatii residentiae infrascripti Reverendissimi D. D. Episcopi sita in porta pertusii parochia S. Georgii in foenarolo in presentia mei notarii et testium infrascriptorum Reverendissimus ac Multum Illustris D. D. Hippolitus de Rubeis Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus papiensis et Comes, qui in visitatione per eum facta de ecclesiis et locis hujus papien. Civitatis inter caetera comperuit parochialem ecclesiam sub vocabulo S. Georgii de Cattassiis positam esse inter plures alias parochiales ecclesias habereque sub dicta ejus cura familias octo tantum, redditusque ipsius ecclesiae adeo tenues existere et ad summam tantummodo librarum sexaginta imperialium ascendere, quod ex illis curator vitam commode sustentare non potest, et quod etiam non parum refert, ecclesia predicta S. Georgii est adeo deformiter constructa sub tegulis et desolata quod maximam parit deformitatem et incomoditatem et propterea pauci accedunt ad divina in ea audienda presertim tempore hiemali, et ruinam etiam minatur, nec propterea redditus predicti suppetunt ut modernetur, restauretur et reparetur, et ejus cura animarum suportetur, consideravitque ecclesiam parochialem Sancti Eusebii, quae est ecclesia bona facta in voltis et habet competentes redditus, esse adeo vicinam praedictae ecclesiae Sancti Georgii quod commode cura animarum dictae ecclesiae S. Georgii in dicta ecclesia S. Eusebii geri et sustineri potest, nec propterea incommodum dabitur habitantibus sub dicta parochia Sancti Georgii sed commodum profecto, cum ad dictam ecclesiam S. Eusebii, quae fere sicuti dicta ecclesia S. Georgii eorum habitationibus est vicina, propter amplitudinem et firmam

structionem et alias commoditates dictae ecclesiae S. Eusebii libentius et commodius pro divinis habebitur recursus, et quod si cura praedicta animarum dictae ecclesiae S. Georgii praedictae ecclesiae S. Eusebii, domusque et situs praedictae ecclesiae, nec non redditus omnes ipsius parochialis ecclesiae Collegio Capellanorum residentium cathedralis ecclesiae hujus civitatis cujus collegii redditus adeo tenues sunt, quod capellani praedicti eis incumbentia onera supportare non possunt, uniantur respective incorporentur et applicentur, poterunt et capellani ipsi his et allis applicationibus adjuti et eis infrascripta et alia injungenda onera sufferre, et inde magnum divini cultus erit augmentum tanto etiam magis quod in hac civitate plures aliae sunt ecclesiae sub dicto vocabulo S. Georgii, et super praemissis habita matura diligenti consideratione pro divini cultus augmento circa quod postquam ad hujus pontificalis dignitatis gradum, divina favente clementia assumptus est omne studium et contractum fecit ordinaria sua auctoritate nec non facultate eidem per sacrum Tridentinum Concilium concessa et commissa et omnibus jure, via, modo, causa et forma quibus melius et validius potuit et potest pro tribunali sedens super quadam cathedra ut supra posita quam cathedram et quem locum pro ejus tribunali bancho et loco idoneis ad hoc elegit et eligit cum consensu Reverendi et Ven. Dominorum Blasii Malvicini de Buziis Canonici papien. rectoris dictae ecclesiae Sancti Eusebii, Mauri de Curte rectoris dictae ecclesiae Sancti Georgii, Bartholomei de Pelliciolis prioris, Caroli de Canibus, Jo. Antonii de Guerris, Bernardini de Ragnis, Francisci de Buschis et Bernardini de Menochis omnium Capellanorum residentiae dictae cathedralis ecclesiae omnium ibidem praesentium et pro dictis et infrascriptis omnibus expresse consentientium, ecclesiam et curam animarum dictae ecclesiae S. Georgii in Catassis incumbentes dictae ecclesiae S. Eusebii perpetuo univit et incorporavit ac unit et incorporat ita quod liceat a modo praedicto D. Rectori ecclesiae S. Eusebii in cura animarum dictae ecclesiae S. Georgii subjecta se gerere et exercere, cujus animarum curae omnimodam administrationem predicto D. Rectori et pro tempore existenti S. Eusebii committit et commisit, decernens quod perpetuis futuris temporibus dictae animarum curae S. Georgii et S. Eusebii sint una tantum cura et parochia sub dicto vocabulo S. Eusebii, cui etiam ecclesiae S. Eusebii in signum

verae unionis campanam dictae ecclesiae S. Georgii assignavit et applicavit ac assignat et applicat ut supra, dictam autem ecclesiam S. Georgii ut supra, situm, parietes et tectum et domus illius, nec non universos ipsius ecclesiae redditus predicto Collegio DD. Capellanorum residentium pariter univit et incorporavit, ac unit et incorporat, ac applicavit et applicat per ipsum Collegium et illius capellanos, cedente vel decedente praedicto presbytero D. Mauro, aut illos amittente quomodolibet vel dimittente percipiendos, ita quod praedictus D. presbyter Maurus quamdiu vixerit domibus dictae ecclesiae, ac redditibus praedictis uti, frui et gaudere possit et pro eis teneatur missas celebrare singulis diebus veneris in dicta ecclesia cathedrali, ipso autem cedente vel decedente eo ipso redditus nec non domus praedictae ecclesiae ad collegium praedictum transeant tamquam unitae et applicatae et perpetuis futuris temporibus remaneant, ita quod, in eventu de quo supra, liceat dictis capellanis praedicti collegii domum nec non redditus praedictos tamquam propria et applicata ut supra propria auctoritate intrare apprehendere et retinere et inter se dividere simul cum aliis et destribuere, qui redditus et domus ut supra unita et applicata simul cum aliis redditibus dicti collegii sint unum corpus sub vocabulo reddituum collegii capellanorum ecclesie cathedralis Papiae et nihilominus teneantur praedicti DD. Capellani de praedicto Collegio ratione tam praedictorum reddituum, quam aliorum quorumcumque auctorum missas canere singulis diebus ferialibus juxta ordinem a praefato Reverendissimo Domino assignandum incipiendo ipsas missas canere immediate post diem commemorationis mortuorum de mense novembris proxime futuro absque aliqua alia solutione fienda, cujus loco cedant dicti redditus, concedens tamen praefatus Reverendissimus Dominus quod ubi intra hebdomadas occurrerit festum quo die caneretur missa per Dominos Canonicos, ea die dicti Capellani teneantur missas celebrare ratione dictae capellaniae Sanctae Martae, praeter quem casum, videlicet cum non occurrit aliquod festum, missa praedicta in cantu cedat loco missae Sanctae Martae.

Testes R. D. Praepositus Sanctae Mariae Gualterii, Magnificus D. Horatius Salernus et Magnificus D. Manfredus Ghilinus.

(L' istromento originale rogato dal Notaro Bartolomeo Francano Cancelliere vescovile esiste presso l' Archivio pubblico notarile di Pavia).

1564, 24 dicembre.

X. *Il Vescovo Ippolito Rossi determina i giorni nei quali incumbe ai canonici ed ai cappellani della Cattedrale l' obbligo di celebrare la messa capitolare.*

Hippolitus de Rubeis episcopus papiensis et comes dilectis nobis in Christo Preposito, Archidiacono, Archipresbytero, Cantori, Canonicis et Capellanis ecclesie nostre cathedralis salutem in Domino. Cum omnes canonicatus et prebende ecclesie nostre cathedralis Papie sint sacerdotales, cumque congruum et equum sit omnes et singulos ipsos canonicos per se ipsos missas diebus saltem dominicis et aliis festivis celebrare debere, ne ecclesia in hoc patiatur, vobis omnibus et singulis suprasalutatis districte mandamus ut infrascriptum ordinem in missis celebrandis observare debeatis, ut scilicet singuli dignitates aut canonicatus in dicta ecclesia cathedrali nunc obtinentes, seu qui in futurum obtinebitis, missas in cantu ad altare majus alternatim et successive diebus dominicis et aliis festivis in sequenti tabula descriptis et annotatis quibus nos non celebrare contigerit, incipiendo a calendis januarii anni 1565. proxime futuri celebrare teneamini, et primo majores dignitates, et successive antiquiores canonici sigillatim unus post alium, et si aliquem vestrum die sibi statuto et contingenti misse celebrationem omittere evenerit, penam soldorum xx incurrat, que applicetur seu assignetur canonico qui ejus loco celebrabit, solvenda et exigenda ex distributionibus quotidianis sive ex fructibus prebende illius qui celebrare omiserit, sive canonicus celebrans sit sequens et proximior in gradu, sive alius, singuli enim in alterius defectum gradatim tamen et successive celebrare poterunt, ita tamen ut qui in alterius defectum ut supra celebraverit teneatur postea suo die pariter celebrare, alias penam de qua supra incurrat; alias vero missas omnes totius anni ad dictum altare ceteris diebus celebrare teneamini vos capellani dicte ecclesie alternis septimanis sub pena soldorum decem pro singula missa, quam vestrum quilibet celebrare obligatus omittet, que pena pariter alii capellano ejus loco celebranti assignetur, solvenda et exigenda ut supra: ab hujusmodi autem celebratione excusetur infirmus tantum, dummodo alium suo loco et

die celebrantem substituat. Volumus autem ut notatores tam capituli quam collegii capellanorum rationem diligentem tenere debeant tam omittentium celebrationem, quam eorum qui loco negligentium celebraverint, ut tempore distributionis fiende scire possimus qui negligentes fuerunt, et qui eorum negligentiam supleverint. Quoad vesperas autem hunc ordinem a vobis observari volumus, ut canonicus cui aliquo die festo celebrare contigerit, vesperas vigilie illius festi et diei item ipsius canere teneatur, sed si plures dies festi continui occurrerint ut in Nativitatis, Resurrectionis et Pentecostes Dominice festis evenit, canonicus ille qui primo die festo celebraturus erit pridie vesperas, qui vero secundo die celebrabit, primi diei vesperas canat et sic ordine successivo. In quorum etc.

Dies in quibus Reverendi Domini Prepositus, Archidiaconus, Archipresbyter, Cantor et Canonici cantare debent missas festivas singuli in suo ordine, sunt infrascripti: Primo omnes dies dominici totius anni, Circumcisio Domini, Epiphania, Purificatio Virginis Marie, festum Sancti Mathie, feria quarta cinerum, Annuntiatio B. V. Marie, feria quinta, sexta, et sabbato majoris hebdomade, Resurrectio Domini cum duobus sequentibus diebus, festum Sancti Marci, Sanctorum Philippi et Jacobi, Sancte Crucis, Translatio Sancti Syri, tres dies rogationum minorum, Ascensio Domini, Pentecoste cum sequentibus duobus diebus, festum Sanctissimi Sacramenti, Sancti Joannis Baptiste, Sanctorum Petri et Pauli, Visitatio B. V. Marie, festum Sancti Jacobi Apostoli, Transfiguratio Domini, festum Sancti Laurentii, Assumptio Virginis Marie, festum Sancti Bartholomei Apostoli, Nativitas B. M. V., festum Sancti Mathei Apostoli, Sanctorum Simonis et Judae apostolorum, omnium Sanctorum, commemoratio omnium defunctorum, Sancti Andree Apostoli, Conceptio V. M., festum Sancti Syri, Sancti Thome Apostoli, Nativitas Domini, festum Sancti Stephani, et Sancti Joannis Apostoli et Evangeliste et de Sanctis omnibus.

Edictum Reverendissimi episcopi Hippoliti de Rubeis sub die vigesimaquarta decembris anni 1564.

1565, 9 aprile.

XI. *Il Vescovo Ippolito Rossi sopprime le chiese e le parochie dei Santi Damianino e Romanino, di S. Giorgio in Fenarolo e di S. Tecla, concentra insieme queste tre parochie, e ne istituisce la parochia della Cattedrale affidandone la cura delle anime al Collegio dei Cappellani.*

Hippolitus episcopus universis et singulis presentes inspecturis salutem in domino. Nobis ex parte dilectorum fratrum nostrorum Prepositi, Archidiaconi, Archipresbyteri, Cantoris et Canonicorum ecclesie nostre expositum fuit quod redditus capellaniarum in dicta ecclesia nostra existentium, quotidianeque Collegii Capellanorum ejusdem distributiones ita tenues existunt ut capellanias hujusmodi obtinentes tot missas in ipsa ecclesia non celebrent neque celebrari faciant, quod condecenti honorificoque ejusdem ecclesie statui respondere possit, paucique ut plurimum ex ipsis capellanis missis conventualibus divinisque horis diurnis pariter et nocturnis una cum preposito, dignitatibus et canonicis interveniunt, reddituum distributionumque hujusmodi tenuitatem parvipendentes, eorumdemque prepositi, dignitatum et canonicorum prebende simul et distributiones quotidiane adeo etiam tenues existunt quod his etiam spretis, prefatorum prepositi, dignitatum et canonicorum nonnulli ab ecclesia predicta continuo absunt, alii raro divinis predictis interesse curant, hi vero qui continuo resident pondusque diei et estus sustinent durius quam par sit circa predicta occupantur et affliguntur, divinus cultus in dies minuitur, laici etiam vehementer scandalizantur; quocirca iidem prepositus et alias dignitates obtinentes, canonicique prefati divini cultus augmento, dicteque ecclesie decori subvenire, scandalisque hujusmodi obviare cupientes sepiusque ob id capitulariter congregati, habitoque inter eos longo diligenti varioque tractatu in eam sententiam unanimiter devenerunt quod si tres parochiales ecclesie una videlicet Sanctorum Romanini et Damianini cujus fructus et redditus octo, alia vero Sancti Georgii in Fenarolo cujus fructus et redditus septem ducatorum auri de camera, secundum comunem extimationem, valorem annuum non excedunt, queve circum circa et prope dictam

ecclesiam nostram jacent, quarumque singuli rectores et parochi ex fructibus et redditibus predictis paucis admodum diebus sustentari queunt, ipsasque ecclesias etiam propter inopiam domuum et habitationum quibus predicte Sanctorum Romanini et Damianini ac Tecle ecclesie carent indecenter reguntur, dicta vero Sancti Georgii ecclesia que majori reparatione indiget, instaurari non potest, laicisque et aliis earum curis subjectis congrua obsequia incommodius exhibentur, et sacramenta difficilius ministrantur, insimul unirentur, annecterentur, et incorporarentur, earumque fructus redditus et proventus, juraque et animarum eisdem subjectarum cura omnimodaque jurisdictio et administratio Priori et Collegio Capellanorum dicte ecclesie nostre una etiam cum omnibus eorum et cujuslibet ipsarum honoribus et oneribus applicarentur, demanderentur, assignarentur et perpetuo comendarentur, ipseque ecclesie in quibus etiam signa aliqua consecrationum earundem non apparent et quarumlibet totius populi eisdem tribus parochialibus ecclesiis subjecti pro missis aliisque divinis audiendis, sacramentisque et aliis in eisdem ministrari et exhiberi consuetis suscipiendis de per se solave capax non esset, prophanarentur, et habitabiles redderentur, et dicta Sancti Georgii ecclesia habitabilis effecta domuncule habitationis moderni rectoris ejusdem adjungeretur, cure animarum ut infra deputandi ibidem ut infra commoraturi commoda morarentur, dictave Sancte Tecle ecclesia si domuncule proprie ibidem contigue habitabilis etiam effecta adjungeretur, censum ejusdem domuncule que propter quamplurima melioramenta in ipsa per ejusdem conductorem fabricata pignorata remanet, saltem augeret, dicta vero Sanctorum Romanini et Damianini ecclesia que in indecenti obscuroque loco reclusa manet si habitabilis et ipsa effecta distraeretur ex ejusdem venditionis pretio una cum adminiculis suppletivis dicta alia Sancte Tecle pignori implicita domus ut supra redimi posset et liberari quod et plurimum fructus ejusdem domus qui pauci admodum existunt, augeret, misse vero que in parochialibus predictis ecclesiis celebrari consueverunt, si deinceps in dicta ecclesia nostra per prefatos capellanos celebrarentur id honori commodoque tam omnium ecclesiarum predictarum, quam ipsarum parochialium subditorum cederet, quibus etiam ibidem sacramenta decentius, commodiusve ministrarentur, in eademque missas aliaque divina frequentius abundantiusque

audiri possent, divinique cultus augmento ecclesiarumque omnium predictarum decori satis superque succursum scandalisque obviatum esset, dictorum etiam capellanorum quotidianas distributiones ex extraordinariorum incertorumque emolumentorum perceptionibus que inter residentes ac missis conventualibus matutinoque et aliis horis predictis inter futuros capellanos dumtaxat dividende erunt, excrevisse evidenter conspicerentur, Nos qui de ecclesie nostre dictarumque et aliarum parochialium ecclesiarum civitatis papiensis incommodo et pauperimo statu satis superque edocti sumus, divinique cultus augmentum, ecclesiarumque decus pre oculis semper habemus, predictis omnibus et singulis propter graves impensas quas pro ecclesie nostre instauratione subituri sumus salubrius in presentiarum providere non valentes, dictamque et infrascriptam unionem honores commoditates et utilitates plerasque tam nostre quam predictis tribus uniendis ecclesiis, capellanisque predictis parituram esse prospicientes, habita super eisdem premissis matura diligentique deliberatione prefatorum fratrum nostrorum Joannis Marie de Trovamalis Prepositi, Julii de Petrasancta Archidiaconi, Antonii de Dotis Archipresbyteri, Hieronimi de Ultrana, Blasii de Buzziis, Joannis Francisci de Paganis, Joannis Marie de Parona, Joannis Petri de Bobis Coadiutoris Reverendi Domini Marci Gattinarie, Joannis Francisci de Ultrabellis, Caroli de Canibus et Bartholomei de Bottis canonicorum dicte ecclesie nostre circumspectis tractatibus inherentes, eorundem prefatorum Joannis Francisci Pagnani dicte Sanctorum Romanini et Damianini, Bernabonis de Turris dicte Sancte Tecle ac Joannis Antonii de Musonibus dicti de Guerris, dicti Sancti Georgi in Fenarolo ecclesiarum rectorem coram nobis astantium, et consentientium expresso consensu, et qui D. presbiter Jo. Antonius de Guerris rector ut supra consensit et consentit ut supra sine prejudicio melioramentorum per eum in domo dicte ecclesie factorum que consequi intendit si et prout juris consentientibusque etiam ac instantibus et requirentibus presbiteris Bartolomeo de Peliciolis priore, Joanne Antonio de Guerris, Bernardino de Ragnis, Carione de Petra, Francisco de Buschis, Joanne Petro della Flore, Bernardo de Paltaneriis, Jo. Dominico de Bobio, Bernardino de Menochiis, Jo. Andrea de Bobbis, Barnaba de Turtis, Augustino de Alanea, Bartolomeo de Cantono, Bartolomeo de Valle, et Jacobo Philippo de Leonibus capellanis

dicti collegii ecclesie nostre residentibus coram nobis convocatis et congregatis collegium predictum representantium, auctoritate nostra ordinaria omnibusque modo et jure quibus melius et validius possumus predictas tres Sanctorum videlicet Romanini et Damianini, Sancte Tecle et Sancti Georgii in Fenarolo parochiales ecclesias annectendas esse censuimus easque propterea perpetuo insimul unimus annectimus et incorporamus unitasque annexas et incorporatas esse perpetuo volumus easque et earundem fructus redditus et proventus jura et animarum eisdem subjectarum curam, omnimodamque jurisdictionem et administrationem una cum omnibus et singulis honoribus et oneribus ipsis tribus parochialibus ecclesiis imminentibus et competentibus prefatis Priori et collegio capellanorum ecclesie nostre perpetuo applicamus demandamus assignamus et commendamus dictaque incapacitate totius populi singularum ecclesiarum parochialium predictarum et pro audiendis missis, sacramentisque exhibendis et suscipiendis incommoda inhabilitate attenta et ut numerus missarum in dicta ecclesia nostra aliqualiter augeatur, comodiusque ac honorificentius misse que in tribus parochialibus ecclesiis predictis celebrari et sacramenta exhiberi ac suscipi consueverat, celebrari exhiberi et suscipi valeat, eorundem celebrationem ministrationem et susceptionem in predictam ecclesiam nostram uti matricem capacem et honorificam harum serie transferimus et translata esse decernimus, Priorem Capellanosque prefatos gravantes ad missarum et aliorum divinorum in dictis tribus insimul unitis ecclesiis celebrari consuetis celebrationis loco nec non et eorum qui sacramenta aliaque obsequia dictis ecclesiis animabusque eisdem subjectis exhibere et ministrare consueverunt ac deberent unum ex dictis Collegii capellanis per idem Collegium eligendum et deputandum ad ejusdem tamen Collegii nutum amovibilem, qui missam unam singulis et quibuscumque dominicis et aliis quorumcumque ferialibus cujuslibet hebdomade diebus perpetuis futuris temporibus in dicta ecclesia nostra celebrare teneatur, duosque vel plures ex iisdem capellanis nobis et successoribus nostris in episcopatu papiensi nominandos ad curam animarum exercendam idoneos ex quibus unum magis idoneum eligere et deputare possimus, ad nutum tamen predicti collegii et de consensu nostro de anno in annum amovibilem, qui in domibus dicte ecclesie Sancti Georgii vel alibi si et prout nobis et successoribus

nostris in dicto episcopatu nostro ac predicto collegio visum fuerit die noctuque habitare, animarumque curam dictis tribus ut supra unitis ecclesiis subditorum exercere ipsisque animabus sacramenta et alia quecumque debita et opportuna in dicta ecclesia nostra ministrare teneatur, et debeat quibus curam animarum habituro, capellanoque missas predictas celebraturo ut supra prefati Prior et collegium de sex mensibus in sex menses vel aliter prout inter eos conventum fuerit ex fructibus et redditibus ordinariis predictis dumtaxat mercedem condignam persolvere teneantur, quidquid autem ex iisdem ordinariis fructibus et redditibus superfuerit, omniaque et singula emolumenta ex animarum dicte cure quomodolibet subjectarum exercitio seu aliter quomodolibet perventura, sive ratione quarte que funeralium dicitur ecclesiis parochialibus solvi solite, sive oblationum aut aliorum quorumcumque certorum vel incertorum proventuum provenire contigerit, id totum inter omnes et singulos capellanos dicti collegii, etiam curam predictam exercentem, seu missas celebrantem, qui missis conventualibus matutinove aliisque horis, seu divinis officiis, in dicta ecclesia nostra una cum dignitatibus et canonicis ejusdem ecclesie nostre interfuerint, dividi et distribui volumus modis et formis quibus alie quotidiane distributiones de jure dividi et distribui possunt, debent et solent ac predicto collegio cum consensu tamen nostro visum fuerit ordinare. Ut autem predicte unio translatio et applicatio, decretumque nostrum, omniaque et singula in presentibus literis et bulla contenta plenius robur habere, dicteque ecclesie insimul ut supra unite libere profanari et habitabiles reddi possint, eorum confirmationem, licentiamque superinde opportunam a Sanctissimo D. N. D. Pio quarto pontifice maximo, seu a sacra Penitentiaria Apostolica prius obtineri mandamus quam executioni hujusmodi mittantur. (*)

In quorum omnium et singulorum fidem presentes fieri fecimus in formam publici documenti per D. Bartolomeum Francanum notarium et cancellarium infrascriptum, sigillique nostri jussimus et fecimus appensione communiri ad majorem evidentiam premissorum.

(*) Questo decreto fu confermato in tutte le sue parti dal Sommo Pontefice Pio V. con Bolla del giorno 16 ottobre 1566, la quale si conserva presso l' archivio del Ven. Collegio dei Cappellani Mansionarii della Cattedrale.

Datum et actum Papie in episcopali palatio sito in porta pertusii parochia S. Georgii in Fenarolo sub anno Nativitatis Dominice millesimo quingentesimo sexagesimo quinto indictione octava die vero lune nona mensis aprilis hora mane, presentibus nobilibus viris dominis Hieronimo de Ursinis quondam domini Gabrielis et Jo. Maria de Cattaneis quondam D. Laurentii familiaribus Reverendissimi D. Episcopi inde testibus notis idoneis ad premissa vocatis et rogatis.

1567, 10 giugno.

XII. *Costituzione del Vescovo Ippolito Rossi per la quale sono istituiti quattro Cantori da eleggersi fra i cappellani collegiati della Cattedrale in sostituzione al canonico Cantore, il quale nelle officiature corali aveva il peso d' intonare le antifone, i salmi e gli introiti delle messe capitolari.* (*)

In nomine Domini Amen: anno Nativitatis ejusdem millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Indictione decima, die vero Martis, decimo mensis Junii, hora tertiarum, vel circa, in Civitate Papiae, videlicet in Episcopali Palatio, sito in Porta Pertusii, Parochia Ecclesiae Majoris, alias Sancti Georgii in Fenarolo. Ibique nec non et in praesentia Illustrissimi et Reverendissimi D. D. Hyppoliti de Rubeis, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Papiensis et Comitis, constituto et congregato Reverendo Capitulo Ecclesiae Majoris Papiae de mandato R. J. V. D. D.ni Joannis Mariae de Trovamalis, Praepositi dictae Ecclesiae, ad quem dicti Reverendi Capituli convocatio de jure et consuetudine spectat et pertinet, praecedente debita citatione facta per ven: Dominum Presbyterum Franciscum de Buschis

(*) Al titolo di Canonico *Cantore* venne surrogato quello di *Primicerio* col seguente Decreto del Vescovo Fabricio Landriani:

Quia satis pro comperto habemus in Jure Primicerium Cantorem dici, adhibito etiam consensu Capituli nostrae Cathedralis, ad id specialiter et legitime convocati, suprascriptum Cantorem et successores suos sub Primicerii nomine comprehendi et proinde ab omnibus pro tali haberi et honorari posse permittimus et declaramus, et inde etc.

1623. *Die veneris 3. Novembris.*

Fabritius Episcopus Papiae.

Bigonus Notarius et Cancellarius.

mansionarium dictae Ecclesiae, qui ibi praesens, manibus super pectus suum, more sacerdotali, positis, retulit mihi Notario stipulanti se de mandato ut supra citasse infrascriptos RR. Dominos Archipresbyterum, Cantorem, et Canonicos hic congregatos personaliter repertos, nec non et Reverendos Dominos Julium de Petra Sancta Archidiaconum, Hieronymum de Ultrana, Blasium Malvicinum, Joannem Antonium de Bertiis, et Simonem de Gattis ad eorum habitationum domos sitas in Papia, in quibus ei responsum fuit praefatum R. D. Simonem infirmum, et alios a praesenti Civitate absentes esse, et ad claustrum Canonicae dictae Ecclesiae etc. ut istis die et hora, et in hunc locum pro negotiis dicti Reverendi Capituli, et praesertim pro hoc speciali negotio convenire vellent. Et in quo quidem Capitulo sic ut supra congregato aderant, et adsunt praefatus R. D. Praepositus, et cum eo, penes et apud eum Reverendi Domini Antonius de Bottis Archipresbyter, Hercules de Curte Cantor, Odoardus de S. Nazario, Joannes Franciscus de Ultrabellis, Joannes Petrus de Bobbis Coadjutor R. D. Marci Gattinariae, Bartholomaeus de Peliciolis, Joannes Antonius de Landulphis, et Bartholomaeus Botta, omnes Canonici dictae Ecclesiae, totum dictae Ecclesiae Capitulum repraesentantes attenta aliorum praefatorum absentia ut protestantur, congregato etiam Ven. Collegio Dominorum Capellanorum dictae Ecclesiae, in quo fuerunt et sunt Domini Presbyteri Augustinus de Alanea Prior, Joannes Antonius de Musonibus, Bernardinus de Ragnis, Franciscus de Buschis praedictus, Bernardus Pallaverius, Joannes Andreas de Bobbis, Barnabas de Turtis, Bartholomaeus de Cantuni, Philippus de Leonibus, Joannes Petrus de Rubeis, Alexander de Bassis, et Franciscus Augustinus de Moracavallis, omnes dictae Ecclesiae Capellani de dicto Collegio totum Collegium repraesentantes attenta absentia Presbyteri Joannis Dominici de Bobbio, et D. Presbyteri Bartholomaei de Valle etiam dicti Collegii Capellanorum, praefati Domini Praepositus, Archipresbyter, et Canonici, praesente, et audiente et intelligente praefato D. Hercule Curtio Cantore dictae Ecclesiae dictisque dominis Capellanis humiliter praefato Reverendissimo et Illustrissimo D. Episcopo exposuerunt et exponunt, quod per tempora retroacta, et etiam nunc in dicta Ecclesia nunquam fuit, nec est nisi unus Cantor qui regere tenebatur et tenetur Chorum dictae Ecclesiae intonando Psalmos, Antiphonas

et alia in quibuscumque divinis officiis et Missis majoribus in dicto Choro dicendis et canendis, qui quidem Cantores hucusque male, et imperfecte deservierunt dictae Ecclesiae et Choro ejus, et aliquando se absentabant a dictis Civitate et Ecclesia, etiam nullis relictis substitutis, qui deservirent dictae Ecclesiae, eorumdem Cantorum vices sustinendo prout debuissent: et aliquando affuerant Cantores inhabiles ad exercendum officium suum, propterea dicta Ecclesia passa fuit detrimenta in divinis, scandalaque plurima exinde processerunt, in diesque procedunt, eo tanto maxime, quia difficilimum reputari debet quod unica persona continue dictae Ecclesiae ut supra et prout supra deservire possit: propterea eidem Reverendissimo et Illustrissimo significarunt quod dictae Ecclesiae et Choro ejus servitiis ejusmodi plures personae deputari deberent, quarum aliqua deficiente, altera deficientis partes suppleret. Verum quia fortassis proinde ipse R. D. Cantor ejusque successores in ipsa Cantoria nimis gravarentur si ex redditibus ipsius Cantoriae ipsis ad hujusmodi servitia deputandis, mercedem condignam exsolvere in totum cogerentur, modum aliquem indagari posse arbitrantur quo ipse Reverendissimus D. Episcopus huic negotio salubriter providere posset, veluti si quatuor ex Capellanis residentibus dictae Ecclesiae, participantibusque ac participaturis de distributionibus quotidianis Collegii Capellanorum dictae Ecclesiae ad hujusmodi servitia alternatim exhibenda et explenda deputarentur, quibus praefatus Dominus Cantor, ejusque successores partem aliquam mercedis, quam posset, et redditus Cantoriae praedictae sustinere valerent, traderet, et tradi teneretur, et pro supplemento aliquod simplex beneficium supprimeretur, eisdemque Cantoribus pro supplemento eorum mercedis assignaretur, vel ipsum simplex beneficium dicto venerabili Collegio Capellanorum praedictorum uniretur et incorporaretur, cum onere solvendi supplementum mercedis hujusmodi Capellanis ad hujusmodi exercitium ex corpore suo assumendis, modis et formis quibus praefato Reverendissimo et Illustrissimo Domino Episcopo videretur et placeret. Qui quidem Reverendissimus et Illustrissimus Dominus Episcopus auditis praedictis, et illis diligenter consideratis Ecclesiae praedictae indemnitati providere, ac scandalorum periculis praedictis obviare cupiens praefati Reverendi Capituli precibus annuendo, quatuor ex Capellanis Collegii Capellanorum dictae Ecclesiae, videlicet Bernardinum Menocham, Dominicum Bobium, Bernardum de Pallaveriis

et Alexandrum de Bassis Sacerdotes ex nunc elegit et deputavit ad onus praedictum Cantori dictae Ecclesiae incumbens sustinendum, quibus pro eorum mercede libras sexaginta Imperiales per Collegium Capellanorum praedictorum solvi quolibet anno debere voluit et jussit ex redditibus infradicti Clericatus eidem Collegio per praefatum Reverendissimum et Illustrissimum Dominum Episcopum uniendi, ac redditibus dictae Cantoriae per praefatum Dominum Herculem Curtium Cantorem assignandis, cedendis et dimittendis; ita tamen, quod ipsi, ut supra electi et deputati, ac et alii in futurum deputandi in Cantores substitutos, ut supra etiam participent, et participare libere possint de distributionibus quotidianis inter Capellanos praefati Collegii residentes dividi consuetis, et qui dicto Collegio etiam in futurum tribui, seu quomodolibet applicari, accresci, seu acquiri contingerit, cum ultra dictas libras sexaginta inter eos aequaliter dividendas; ita tamen quod ipsi, etiam aequaliter, videlicet alternis septimanis etiam dictae Ecclesiae in hujusmodi servitiis Cantoriae deserviant ac deservire debeant et teneantur: et uno ex eis moriente, seu altero quomodolibet deficiente, vel ad nutum praefati Reverendissimi et Illustrissimi Episcopi, vel, in ejus absentia, R. D. Vicarii sui generalis, revocato, seu hujusmodi munere privato, tres ex aliis Capellanis dicti ejusdem Collegii ad hujusmodi munus sustinendum habiles, nominari et praesentari debeant praefato Reverendissimo Domino Episcopo, vel ejus Vicario, ut supra, eos qui per tempora successoribus per Reverendissimum Capitulum dictae Ecclesiae, ex quibus praefatus Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus, vel Reverendissimus Dominus Vicarius Generalis, ut supra, unum, duos vel plures eligere et sufficere habeant et debeant loco taliter mortui, deficientis vel revocati, seu privati, ut supra, seu moriturorum, defunctorum, seu revocandorum et privandorum, cum oneribus et honoribus, salariis et emolumentis, quibus caeteri praedicti gaudebant, ut supra, et prout supra; cui quidem Capellanorum Collegio, ut salaria hujusmodi persolvere, et sustinere valeat, praefatus Reverendus Dominus Hercules de Curte, Cantor ut supra, suo, et Cantoriae praedictae, ac successorum suorum in ea nominibus assignare, cedere et delegare teneatur ex redditibus dictae Cantoriae tot redditus, seu bona, ex quibus quotannis percipi possunt librae decem octo Imperiales, et interim, et quoad

assignationem hujusmodi fecerit, solvere libras decem octo Imperiales omni anno dicto Dominorum Capellanorum Collegio, prout ita praefatus R. D. Hercules Cantor suo et dicto nomine, praefatis Dominis Priori et Capellanis, ut supra, stipulantibus, assignare et delegáre promisit: et haec omnia accedente confirmatione Apostolica, quatenus expediat, pro qua obtinenda praefatus Dominus Cantor, praefatos Dominos Capellanos dicti Collegii, et quemlibet eorum in solidum cum facultate etiam alium, seu alios substituendi procuratores irrevocabiles constituit etc. Et quia redditus praedicti non sufficiunt, nec sufficere possunt pro hujusmodi salariorum solutione quolibet anno, praefatis quatuor deputatis, ut supra, facienda; ideo praefatus Reverendissimus et Illustrissimus Dominus Episcopus pro supplemento, et ut Collegium praedictum nullum gravamen proinde sentiat, et ut labores et expensae pro exactionibus dictorum et infrascriptorum omnium reddituum per ipsum Collegium supportandi compensentur, et aliquam reintegrationem suscipiat, univit, et perpetuo incorporavit praefato Collegio Clericatum Ecclesiae S. Mariae Coronae positum, seu etiam intitulatum ad ipsam Ecclesiam S. Mariae Coronae positam in Civitate Papiae prope Collegium Scholariorum Magnificorum Dominorum Marlianorum, et cui cohaeret ab una parte dictum Collegium, et a tribus partibus strata, nuper vacantem per liberam resignationem D. Petri Francisci de Alianis illius Clerici et beneficiati ac possessoris immediate factam et admissam publico instrumento confecto et rogato Domino Joanne Antonio de Segna Notario et Cancellario Episcopali una cum universis ejusdem Clericatus et Ecclesiae redditibus, proventibus, bonis, creditis et juribus ipsi Clericatui et Ecclesiae quomodolibet et qualitercumque spectantibus et pertinentibus, cum plenitudine Juris Canonici; jubens et mandans praefatus Reverendissimus et Illustrissimus Dominus Episcopus ex nunc dictum Collegium in possessionem dictorum Clericatus et Ecclesiae induci debere, omnibusque fictabilibus, reddituariis, eorumque possessoribus bonorum tam mobilium quam immobilium dictorum Clericatus et Ecclesiae, quatenus ipsa omnia bona tam mobilia quam immobilia dicto Collegio restituant, et consignent, et pro eis ipsum uti Dominum recognoscant.

Et ita quod dicti Clericatus redditus deinceps sint cum dicti Collegii redditibus unum et idem corpus, suppresso dicti Clericatus titulo: et haec omnia praemissa praesentibus dictis

Reverendis Dominis Cantore, Prioreque, et Capellanis, ut supra praedicta omnia acceptantibus, et in omnibus prout adimplere attendereque et observare promittentibus etc. Et inde etc.

Praesentibus R. Domino Hieronymo de Bottis Praeposito Ecclesiae Beatae Mariae Gualterii Papiae, et Domino Presbytero Georgio de Curte Rectore Ecclesiae S. Laurentii Papiae testibus notis et idoneis.

1569, 20 settembre.

XIII. *I canonici della Cattedrale di Pavia con permissione pontificia vendono alcuni beni della mensa capitolare pei ristauri da farsi al chiostro della Canonica guasto dal fuoco e quasi tutto rovinato.*

In nomine Domini amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo quingentesimo sexagesimo nono indictione duodecima die vero martis vigesima mensis septembris hora vesperarum vel circa in civitate Papiae videlicet in sacristia et loco capitulari ecclesiae maioris sitae in porta pertusii parochia eiusdem ecclesiae alias S. Georgii in Fenarolo ibique in mei notarii etc. nec non et in praesentia multum Reverendi et Magnifici jurisconsulti D. Marci Antonii Cucchi hodierni Vicarii et Locumtenentis generalis curiae episcopalis papiensis et Reverendi sacrae Theologiae Doctoris D. Aluisii Bardoni praepositi collegiatae ecclesiae S. Joannis in burgo Papiae judicum commissariorum et delegatorum apostolicorum mediantibus literis sacrae Poenitentiariae Apostolicae tenoris hujusmodi, videlicet: Venerabili in Christo Patri Dei gratia episcopo papiensi, vel ejus in spiritualibus Vicario generali et discreto viro praeposito secularis et collegiatae ecclesiae Sancti Joannis in burgo papiensis Raynutius miseratione divina tituli S. Angeli presbiteri cardinalis salutem et sinceram in Domino charitatem: Ex parte capituli et canonicorum ecclesiae papiensis nobis oblata petitio continebat quod cum domus, loca et aedificia Claustri Canonicae dictae ecclesiae jam diu combusta destructa et fere solo aequata existant, dicti exponentes aliunde cum minori damno illa reparandi ac reficiendi non habentes modum, cupiunt nonnulla ficta seu bona locari solita ad eorum mensam Capitularem legitime spectantia et pertinentia, summam septem ducatorum auri de camera in annuis redditibus non excedentia, uni seu

pluribus personis vendere et alienare, nec non directum dominium bonorum pro quibus ipsa ficta solvi consueverunt liberare ac pretium exinde proveniens in reparationem dictae ecclesiae et illius Claustri convertere, et tamen eis licere seu permitti dubitarint absque Sedis Apostolicae licentia speciali. Quare supplicari fecerunt humiliter exponentes praefati canonici super his per Sedem eandem de opportuno remedio misericorditer provideri. Nos igitur dictorum bonorum situationes, denominationes, confines, valores, qualitates, quantitates et circumstantias ac si de verbo ad verbum insererentur praesentibus pro plene et sufficienter expressis habentes ac attendentes quod in his quae in mensarum capitularium utilitatem pariter et necessitatem cedere dignoscuntur favorabiles esse debemus atque benigni: hujusmodi supplicationibus inclinati auctoritate Domini Papae cujus Poenitentiariae curam gerimus, et de ejus speciali mandato super hoc vivae vocis oraculo nobis facto circumspectioni vestrae contulimus committimus quatenus si per diligentem informationem per vos super praemissis servatis servandis habendam venditionem et alienationem seu liberationem praefatas, si fiant in evidentem dictae mensae Capitularis utilitatem pariter et necessitatem, cum aliter cum minori damno provideri non possit, cedere repereritis, super quibus vestram conscientiam oneramus, eisdem exponentibus venditionem et alienationem seu liberationem hujusmodi faciendi et quaecumque instrumenta desuper celebrandi Apostolica auctoritate licentiam concedatis et facultatem, illasque postquam factae fuerint eadem auctoritate approbetis et confirmetis ac omnes et singulos tam juris quam facti defectus si qui forsan intervenerint in eisdem supplentes non obstantibus felicis recordationis Pauli Papae secundi de Rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque Apostolicis constitutionibus et ordinationibus ac tam provincialibus quam synodalibus dictaeque ecclesiae et mensae capitularis etiam juramento confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscumque: proviso tamen quod pretium ex venditione et alienatione seu liberatione hujusmodi faciendis proveniens penes aliquam sedem sacram vel personam fide et facultatibus idoneam deponatur donec in reparationem praefatam convertatur, et interim bona vendenda et alienanda seu liberanda hujusmodi ipotecata remaneant.

Datum Romae apud S. Petrum sub sigillo officii Poenitentiariae septimo calendas junii Pontificatus Domini Pii Papae quarti

Anno quarto. Subscriptum in angulo super plica A. Caillart et supradicto sigillo pendenti posito in capsa tollea cum cordula canapis rubei coloris munitum. Ibidem pro tribunali sedentium super quodam bancho ibidem existente, quod banchum et quem locum pro suis tribunali bancho et loco idoneo ad infrascripta omnia et singula specialiter peragenda elegerunt et eligunt, eorumque supradicta auctoritate Apostolica qua funguntur in hac parte consensum decretum licentiam et facultatem infrascriptis Reverendis d. Praeposito Canonicis et Capitulo dantium praestantium interponentium et concedentium infrascriptam venditionem et alienationem faciendi ut infra juxta sibi traditam praeinsertarum literarum apostolicarum vim formam et tenorem prius ab eis visitatis locis Claustri Canonicae dictae ecclesiae in praefatis literis memoratis, et oculata fide comperto ipsa loca et aedificia combusta destructa et fere solo aequata esse, et cognito quod attenta tenuitate reddituum ipsius Capituli aliter cum minori damno provideri non possit reparationi et refectioni dictorum locorum et aedificiorum venditionem et alienationem ut infra fiendam, si illa fiat, cedere in evidentem dicti Capituli et ecclesiae utilitatem pariter et necessitatem, attentisque etiam cedulis et licitationibus ac abocatione de quibus infra, Convocato ibidem collecto et congregato Reverendo Capitulo Reverendorum Dominorum Canonicorum ecclesiae majoris Papiae de mandato et impositione Reverendi Jurisconsulti D. Jo. Mariae Trovamalae Dei gratia praepositi prefatae majoris ecclesiae, praemissa tamen debita citatione facta per Ven. D. presbyterum Franciscum Buschum mansionarium prefatae ecclesiae ibi praesentem et medio ejus juramento more sacerdotali praestito referenti mihi notario infrascripto uti publicae personae solemniter stipulanti et recipienti nomine et vice omnium et singulorum quorum interest et intererit aut interesse poterit quomodolibet in futurum se citasse infrascriptos R. Dominos Canonicos personaliter repertos et alios ejusdem ecclesiae canonicos ad eorum cameras et domos habitationum ut istis die hora et loco interesse vellent et deberent pro negotiis infrascriptis specialiter peragendis, in qua quidem convocatione et congregatione fuerunt et sunt praedictus d. praepositus et cum eo et penes eum infrascripti Reverendi Domini Hieronymus Ultrana, Blasius Malvicinus de Buziis, Jo. Maria Parona, Jo. Petrus Boba coadjutor Reverendi Domini Marci Gattinariae canonici praefatae ecclesiae,

Franciscus de Pagnanis, Bartholomaeus Pelliciola et Philippus de Leonibus omnes canonici praebendati in dicta ecclesia facientes et repraesentantes maiorem et saniorem partem, et plusquam duas partes ex tribus dicti Capituli, imo totum ipsum Capitulum prout sic fore verum dicunt confitentur et protestantur. Qui quidem Reverendi Domini praepositus et canonici attentis cedulis et licitationibus nomine praedicti Capituli factis et attento quod abocatio infrascripti emptoris praevalet quibuscumque aliis prout sic fore verum praedicti Domini praepositus et canonici dicunt et protestantur, ac attento quod praedicti Reverendi Domini praepositus et canonici intendunt pretium infrascriptum ponere et expendere in reparando et reficiendo nonnulla loca et aedificia dicti Claustri Canonicae dictae Ecclesiae jam diu conbusta destructa, et fere solo aequata ut supra, in beneficium et utilitatem dicti Capituli ut dicunt et protestantur, ac attenta auctoritate Apostolica ipsi Capitulo attributa alienandi bona dicti Capituli prout apparet ex praeinsertis literis Apostolicis, ac attento quod praesens alienatio fit praecedentibus cedulis et licitationibus ut supra de quibus in actis praefatae curiae episcopalis apparere dicitur, ad quas ut supra etc., in utilitatem ecclesiae cedit cum praesentia, licentia, decreto, auctoritate et consensu praefatorum d. comissariorum et delegatorum sponte ut supra et alias omni jure etc. pro pretio et mercato ac nomine pretii ac mercati librarum centum triginta septem soldorum trium et denariorum sex imperiales pro singula pertica vendiderunt, cesserunt, transtulerunt, tradiderunt, dederunt et quasi ac vendunt, cedunt, transferunt, tradunt, dant, et quasi D. Jo. Antonio de Landinis filio quondam D. Baptistae habitat. in Burgo ratto Papiae in parochia Sancti Patricii ibidem praesenti et stipulanti ac ementi et aquirenti suo proprio nomine ac nomine et vice D. Sanctini ejus fratris ac pro se se, eorumque et utriusque ipsorum haeredibus et successoribus et quibus dederint nominative jure proprio et per alodium etc. bona descripta in infra mensura facta per D. Bernardum de Lucadellis, cujus mensurae tenor talis est, videlicet: Al nome de Iddio alli XVI. de Settembre 1569. Infrascripta sic: una mesura fatta per mi Bernardo Locadello publico agrimensore della magnifica città di Pavia ad instantia del Reverendo Messer prete Francesco Pagnano canonico della chiesa major de Pavia in questa parte come procuratore et deputato dal Venerando Capitulo della detta chiesa magior

de Pavia con la presentia del Reverendo Messer prete Bartolomeo Pellizola canonico ut supra delli infrascritti doi pecii de horti missi fora de porta nova de Milano dove si dice in Cimero, delli quali se fatto promessa di vendita in Gio. Antonio Landino, videlicet: primo uno pecio di horto in la valle de Cimero al quale li e per coherentia da una parte M. Benedetto de Sacci, et da tre parte Baldassar della Chiesa mediante il ria verso nulla hora et in parte detti beni per la infrascritta pecia de horto pertica una, tavole 21. p. 6—7—6 e più un'altro pecio di horto attacato al soprascritto dove si dice in Cimero coherentia da una parte Baldassar della Chiesa, et in parte Gio. Alberto de Caneva da l'altra Gio. Antonio Landino et da l'altra li eredi de Donato Villano, et da l' altra il soprascritto M. Benedetto Sacco pert. 1. tav. 19. p. 6. 11. 5. pert. 1. t. 21. p. 6 — 7 — 6. in suma pert. 3. tav. 16. p. 16. — 6. Subscriptum, ego idem Bernardus de Locadellis manu propria scripsi et me subscripsi. Quam mensuram praefati Reverendi Domini praepositus et canonici parte una et dictus D. Jo. Antonius parte altera approbarunt et approbant. Et haec omnia cum debitis jurium et actionum cessionibus, translatione dominii et possessionis constitutione procuris et dominii ut in rem propriam promissionibus debitis de evictione et imbrigamento ac legitima defensione cum pactis utilibus in ampla forma etc. et pro hac praesenti venditione fuerunt confessi et confitentur praefati Domini venditores versus dictum D. Jo. Antonium praesentem et stipulantem suo et nomine predicto ut supra ab eo habuisse et recepisse libras quinque centum duas, soldos decem et octo et denarios sex imperiales ibidem actualiter numeratas et traditas in tanta bona moneta aurea et argentea equivalente in praesentia ut supra, quae fuerunt et sunt ac faciunt totum et integrum pretium praesentis venditionis, et quae quidem omnes pecuniae brevi manu effectualiter depositae fuerunt penes prefatum Reverendum Dominum praepositum ibi praesentem et illas in deposito penes se habere confitentem ad effectum illas omnes expendendi et convertendi in memorata reparatione et reaedificatione locorum dicti Claustri Canonicae praedictae ecclesiae, et interim donec pecuniae predictae convertantur ut supra eidem Capitulo ipotecata remanere debeant dicta bona alienata. Ad quam quidem venditionem praedicti Reverendi Domini praepositus et canonici devenerunt, atque deveniunt nominibus et causis superius deductis. Quam quidem venditionem et quae quidem omnia et singula in praesenti

Instrumento contenta promittunt dicti Domini praepositus et canonici habere rata et firma etc. ac attendere et observare etc. sub refectione et restitutione etc. De quibus ac quorum et quarum quantitate etc. et pro his etc. obligantes praefati Domini de Capitulo praedicto bona dicti Capituli tantum: quae bona etc. constituentes etc. et in civitatibus etc. Renunciantes etc. quibus omnibus et singulis sic peractis ut supra praefati Domini Judices Comissarii et delegati ut supra supradicta auctoritate Apostolica suum consensum et Decretum dederunt praestiterunt et interposuerunt ut supra et prout supra, permissamque venditionem et alienationem ut supra factam eadem auctoritate approbarunt et confirmarunt et approbant, et confirmant, illique perpetuae et inviolabilis firmitatis robur adjecerunt et adjiciunt supplentes omnes et singulos tam juris quam facti defectus si qui forsan intervenerint in eisdem, non obstantibus his quae praeinsertae literae Apostolicae voluerunt et volunt non obstare.

Et inde etc. praesentibus spectabili causidico D. Alexandro Folperto filio quondam magnifici jurisconsulti D. Jo. Petri cive et habitatore Papiae parochia Sancti Ambrosii, Patricio de Landinis filio quondam Stephanini habitatore in parochia Sancti Gervasii foris portam Papiae attestantibus cognoscere etc. et Domino Jo. Baptista Gravalona filio quondam Domini Francisci habitatore papiensi in suprascripta parochia Sancti Ambrosii inde testibus.

Ego Jo. Antonius de Segna quondam Domini Guidonis filius publicus papiensis Apostolica et Imperiali auctoritatibus Notarius, Curiaeque episcopalis papiensis Cancellarius suprascriptum Instrumentum mihi ut supra fieri jussum rogatus tradidi et scripsi prout jacet in breviario, et pro fide subscripsi in praesenti folio quinto, retenta mihi facultate suprascriptas clausulas ceteratas extendendi.

1570, 18 maggio.

XIV. *I canonici della Cattedrale di Pavia delegano il loro Prevosto di far conoscere la tenuità delle loro rendite al proprio Vescovo per ottenere da esso a favore del Capitolo l' assegnamento dell' Abbazia di S. Pietro di Erba amara.*

In nomine Domini amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo quingentesimo septuagesimo Indictione tertia decima die Jovis

decima octava mensis maji hora vesperarum in civitate Papiae, videlicet in sacristia ecclesiae maioris alias parochia Sancti Georgii in Fenarolo.

Ibique convocato et congregato Reverendo Capitulo ecclesiae maioris Papiae de mandato et impositione Reverendi et Magnifici Jurisconsulti D. Jo. Mariae de Trovamala, praemissa prius citatione et monitione facta per Vener. D. presbyterum Bartholomaeum de Cantono mansionarium praedictae ecclesiae ibique praesentem et referentem medio ejus juramento praestito et quod praestat inde posita manu pectori more religioso se mandato ut supra citasse infrascriptos Reverendos Dominos Archidiaconum, Archipresbyterum et Canonicos personaliter repertos et alios residentes ad eorum domos habitationis, alios minime residentes ad Canonicam dictae Ecclesiae, ut isti die et hora et in hunc locum convenire vellent pro praesenti negotio peragendo. In quo quidem Capitulo fuerunt et sunt praefatus Reverendus D. praepositus, et cum eo et penes eum Reverendi Domini Julius Petrasanta Archidiaconus, Antonius de Dottis Archipresbyter, Franciscus de Pagnanis, Jo. Maria Parona, Jo. Franciscus Ultrabellus, Bartholomaeus de Pellizolis, Philippus de Leonibus, et Bartholomaeus Botta omnes Canonici praebendati prefatae ecclesiae majoris facientes et repraesentantes maiorem et saniorem partem praefati Capituli, imo totum capitulum ut dicunt et protestantur attenta maxime contumatia aliorum dominorum Canonicorum ad comparendum. Qui quidem Reverendi Domini Archidiaconus Archipresbyter et Canonici ut supra capitulariter congregati suis et dicti Reverendi Capituli nomine sponte etc. et in jure etc. attendentes redditus et proventus praebendarum dignitatum et Canonicatuum ac distributionum quotidianarum et mensae capitularis dictae ecclesie insimul adeo tenues esse, quod sustinendo dictarum dignitatum et Canonicatuum, easque obtinentium decenti gradui non sufficiunt, ideo citra revocationem specialiter et expresse elegerunt et deputaverunt ac eligunt et deputant et constituunt Reverendum D. Praepositum ibique praesentem et onus praesentis mandati in se suscipientem in Sindicum et procuratorem praefati Reverendi Capituli ad ejus nomine impetrandum et impetrare possendum a multum Illustri et Reverendissimo Domino Domino Episcopo Papiensi perpetuam unionem, annexionem et incorporationem ecclesiae Sancti Petri de Herba amara Abbatiam noncupatam Campestrem seu

positam in campania cum domibus et capsinis suis dioecesis papiensis distantemque a civitate Papiae per milliaria XX. vel circa distantemque a viciniori loco seu villula Campalestri Lumellinae principatus Papiae per milliare unum vel circa, jam diu in Titulum vel Commendam clericis secularibus conferri seu concedi consuetam, cujus fructus, redditus et proventus valorem annuum ducentum triginta quinque scutorum auri secundum communem extimationem non excedunt et cui aliqua divina servitia, missa simplici excepta, non impenduntur, nec ei a multo tempore citra impendi consueverunt; ipsique eam obtinendi ut supra et prout supra eidem ecclesiae seu Abbatiae aliter quodammodo vacare non consueverunt, proptereaque circa perceptionem reddituum et proventuum eidem ecclesiae seu Abbatiae obvenientium et spectantium: quam quidem unionem fieri cupiunt praefato Reverendo Capitulo, ejusque mensae capitulari ut supra una cum redditibus et proventibus bonisque et juribus suis universis ad dictam ecclesiam Sancti Petri seu Abbatiam quomodolibet spectantibus absque tamen praejudicio Reverendi Domini Aurelii Alberti de Belenzonis clerici mutinensis dictam ecclesiam nuperime obtinentis, ejus tamen vita durante dumtaxat vel eo alias dictam ecclesiam seu Abbatiam dimittente seu resignante vel etiam amittente aut privato aliqua juris dispositione seu ejus facto et omnibus formis quibus melius videbitur et placuerit praefato Reverendissimo Domino Episcopo. Item et fieri rogaverunt et generaliter etc. dantes et concedentes praefati Reverendi Domini ut supra capitulariter congregati nomine praefati Reverendi Capituli etc. promittentes etc. simul etc. credentes etc. obligantes etc. bona praefati Reverendi Capituli tantum quae bona etc. constituentes etc. renuntiantes etc. et inde etc. praesentibus Baptista de Cantono clerico papiensi, filio Dominici habitatore Papiae in parochia Sanctae Cristinae, Gaspare de Buchis filio quondam Andreae et Johanne de Pisani filio quondam Dominici, ambobus habitatoribus burgi Ticini Papiae in parochia Sanctae Mariae de Bethelem testibus notis etc.

Ex breviariis Innocentii de Marinonibus publici notarii papiensis.

1570, 19 Maggio.

XV. *Il Vescovo Ippolito Rossi conosciuta la tenuità delle rendite dei canonici della sua Cattedrale assegna in perpetuo alla loro mensa capitolare i beni dell' Abbazia di S. Pietro di Erba amara.*

In nomine Domini amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo quingentesimo septuagesimo indictione tertiadecima die vero veneris decimanona mensis maji hora decimanona vel circa. In civitate Papiae videlicet in camera annexa aulae magnae episcopalis palatii sita in porta pertusii in parochia ecclesiae majoris alias parochia Sancti Georgii in Fenarolo.

Ibi in mei notarii testiumque infrascriptorum praesentia personaliter constitutus coram multum Illustri et Reverendissimo D. D. Ippolito de Rubeis Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopo Papiensi et Comite, Reverendus Juris utriusque doctor D. Jo. Maria de Trovamalis Praepositus Ecclesiae majoris papiensis sindicus et procurator ad infrascripta specialiter peragenda deputatus Reverendi Capituli dictae ecclesiae ut constat Instromento ejus mandati rogato per egregium D. Innocentium de Marinonibus notarium publicum papiensem die esterna seu etc. suo et nomine praefati Reverendi Capituli significavit et exposuit praefato Reverendissimo D. Episcopo pro eo quia praebendae dignitates et canonicatus in praefata Ecclesia obtinentium una cum redditibus mensae capitularis et quotidianarum distributionum eiusdem Capituli adeo tenues existant ut multum Illustris et Reverendissima Dominatio Sua novit pro sustinendo eorum decenti gradui non sufficiunt, iccirco praefatum Reverendum Capitulum repraesentantes ipsum D. Praepositum elegerunt et deputarunt ad specialiter et expresse eiusdem Capituli nomine impetrandum et impetrare possendum perpetuam unionem annexionem et incorporationem infrascriptam. Quocirca ipse D. Praepositus suo et praefati Reverendi Capituli nomine humiliter supplicavit et petiit ac supplicat et petit ut praemissis attentis dignetur perpetuo annectere et incorporare praefato Reverendo Capitulo ejusque mensae capitulari ecclesiam Sancti Petri de Herba amara Abbatiam noncupatam Campestrem seu positam in campania cum domibus et capsinis suis ab usu massariorum

et fictabilium bonorum ejusdem, dioecesis papiensis, distantemque a civitate Papiae per millaria viginta vel circa, distantemque a viciniori villula Campalestri per milliare unum vel circa, jam diu in titulum vel comendam clericis secularibus conferri seu concedi consuetam, cujus fructus redditus et proventus valorem annuum ducentum triginta quinque scutorum auri secundum communem extimationem non excedunt, et cui aliqua divina servitia, missa simplici in diebus festivis excepta, non impenduntur nec ei a multo tempore citra impendi consueverunt ipsique eam obtinentes ut supra et prout supra eidem ecclesiae seu Abbatiae aliter quodamodo vacare non consueverunt praeterquam perceptionem reddituum eidem ecclesiae seu Abbatiae obvenientium et spectantium, quamquidem unionem fieri velit ut supra cum redditibus et proventibus, bonisque ac juribus suis universis ad eandem ecclesiam seu Abbatiam quomodolibet spectantibus, absque tamen praejuditio Reverendi Domini Aurelii Alberti de Belencinis clerici mutinensis dictam ecclesiam nuperrime obtinentis, qui et ipse ibidem non residet, ejus tamen vita durante dumtaxat, vel eo alias dictam ecclesiam seu Abbatiam dimittente seu resignante, vel etiam amittente aut privato aliqua juris dispositione seu ejus facto. Qui quidem multum Illustris et Reverendissimus D. D. Episcopus de praedictis omnibus et singulis plenissime ut dixit edoctus indemnitati et decenti gradui Reverendorum Dominorum Praepositi, Archidiaconi, Archipresbyteri, Cantoris et Canonicorum qui omnes ad numerum sexdecim personarum servitiis ecclesiae majoris praedictae deputati sunt eidem deserviunt, prospicere desiderans, statuque dictae ecclesiae seu Abbatiae considerato praesenti ac etiam consulto tam Sacri Concilii Tridenti nuperrime celebrati et editi quam sua ordinaria auctoritatibus quibus fungitur et alias omni jure etc. dictam ecclesiam Sancti Petri de Herba amara Abbatiam ut supra noncupatam una cum domibus capsinis redditibus proventibus, bonisque et juribus universis ad eandem quomodolibet pertinentibus annexit, univit, et incorporavit perpetuis quidem temporibus duraturam praefato Reverendo Capitulo ecclesiae suae majoris ejusque capitulari mensae. Ita quod quoties et quocumque eidem Reverendo Capitulo facultas libere competierit dictis redditibus et proventibus dictae Ecclesiae seu Abbatiae uti et frui posse, eos in distributiones quotidianas convertat, et inter personaliter dictae ecclesiae majoris in divinis deservientes

dividat, et dividi ac distribui faciat. Quamquidem unionem et incorporationem praefatus Reverendissimus D. Episcopus fecit, et facit citra tamen praejudicium Reverendi Domini Aurelii Alberti de Belincinis clerici mutinensis praedicti dictam ecclesiam Sancti Petri nuperrime possidentis. Ita quod eidem liceat et licitum sit prout etiam de praesenti et ante unionem praesentem ea et redditibus ac proventibus ejusdem uti frui licebat ejus vita durante dumtaxat, vel eodem dictam ecclesiam seu Abbatiam resignante, dimittente, omittente, vel de ea quomodolibet de jure privato, ac etiam sine praejuditio seu diminutione celebrationis divinorum eidem ecclesiae Sancti Petri debitorum et incumbentium, ordinans insuper praefatus Reverendissimus D. D. Episcopus pro majori corroboratione praesentis unionis et quatenus expediat et non aliter, obtinere debere confirmationem ejusdem a S.mo D. N. PP. seu Sancta Sede Apostolica etc. et inde etc. praesentibus Reverendo presbytero Francisco de Bosco capellano in Ecclesia Sancti Theodori Papiae D. Baptista de Cappis filio quondam D. Jacobi Martiniani habitatore Papiae in parochia Sancti Bartholomaei de Ponte, et Domino Joanne Maria de Cattaneis filio quondam Laurentii familiari et camerario praedicti Reverendissimi Episcopi inde testibus.

Ex breviario Bartholomaei de Cagnolis notarii publici papiensis.

1570, 17 agosto.

XVI. *Il Vescovo Ippolito Rossi istituisce per la sua Cattedrale il Maestro delle sacre cerimonie a cui assegna una rendita beneficiale colla prescrizione dei doveri ad esso spettanti.*

In nomine Domini, Amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo quingentesimo septuagesimo, Indictione tertia decima, die vero Jovis, decima septima mensis Augusti, hora vesperarum, vel circa, in Civitate Papiae, videlicet in camera audentiae infrascripti Reverendissimi D. D. Episcopi, Porta Pertusii, Parochia Ecclesiae Majoris.

Ibique Multum Illustris et Reverendissimus D. D. Hyppolitus de Rubeis, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Papiensis, et Comes, de aliquo probo, et Caeremoniarum Ecclesiasticarum experto viro, qui, et caeremonias ecclesiasticas ne dum in Ecclesia Papiensi exercere, verum etiam eidem

Ecclesiae deservientes, ac et Seminarii Clericos instruere, et docere sciat et velit, providere cupiens, officium Magistri Caeremoniarum Ecclesiasticarum erigere ac instituere decrevit. Proinde omni meliori modo jureque officium ipsum Magistri scilicet Caeremoniarum Ecclesiasticarum in Ecclesia Papiensi erexit, et instituit, ac erigit et instituit, perpetuis futuris temporibus duraturum, onus hujusmodi cuique futuro Magistro imponens, ut scilicet quilibet futurus Caeremoniarum hujusmodi Magister, quibusque Missis et Vesperis quorumcumque Dominicalium, et aliorum festivorum dieram, quibus dignitates in Ecclesia praedicta obtinentes et obtenturi, et ejusdem Canonici Missam canere continget, et debent, ac debebunt juxta ordines jam decretos, et tam ipso Reverendissimo D. Episcopo praesente, quam absente decantandis, una cum interessentibus in Choro interesse, cotaque indutus residere, Caeremonias officiis ipsis debitas ne dum exhibendo, et exhiberi faciendo, seu annuendo, vel demonstrando, verum etiam Clericos praedictos tam in Choro, quam extra Chorum diligenter, prout expediens fuerit, docendo: ad haec quoniam dignus est operarius mercede sua, nemoque, ut inquit Apostolus, militat stipendiis suis, Sacraeque Literae ostendunt bovi trituranti os alligandum non esse; idcirco praefatus Multum Illustris et Reverendissimus Dominus Dominus Episcopus omni jure ipsi officio Magistri Caeremoniarum Clericalis Benefitii Sancti Petri in Verziano nuncupati, in territorio Craspiaticae Glarae Adduae Dioecesis Papiensis jacentis, quod nuper D. Joannes Jacobus de Codaliis verus ejus ultimus possessor, ubi matrimonium tunc contracturus, in praedicti Reverendissimi D. D. Episcopi manibus cessit, et resignavit, jura, bona, redditus et proventus universa, quorum annuus valor secundum communem extimationem scutos decem auri non excedit, applicavit, univit, incorporavit, ipsius clericalis benefitii titulo prius suppresso pariter et extincto, applicat, unit et incorporat perpetuo, scilicet jubens etiam quibuscumque ejusdem clericatus fictabilibus, sive perpetuis sive temporalibus ac etiam partiariis, seu ejusdem bona ipsius nomine detinentibus, ut quemvis ac quosque, futurum ac futuros Magistros Caeremoniarum hujusmodi, nunc et imposterum a praefato Reverendissimo Domino, et successoribus suis eligendos et deputandos, in dominos seu usufructuarios recognoscant eique et eis, temporibus debitis, de fructibus, redditibus et proventibus hujusmodi debitis et debendis.

integre respondeant. Insuper praefatus Multum Illustris et Reverendissimus D. D. Episcopus imminentibus Ecclesiae praedictae necessitatibus, ac Clericorum praedictorum eruditionibus celeriter providere cupiens, de probitate, solertia, experientia D. Francisci de Burris Presbyteri Papiensis confidens, eum Dominum Presbyterum Franciscum in Magistrum Caeremoniarum dictae Ecclesiae Papiensis et Clericorum praedictorum elegit, creavit et deputavit, ac elegit, creat et deputat cum honoribus, juribusque ac redditibus pariter et oneribus praedictis, eidemque offitio quomodolibet incumbentibus et competentibus, investiendo dictum Presbyterum Franciscum ibidem coram eodem Reverendissimo D. D. Episcopo flexis genibus constitutum, humiliterque et devote acceptantem de dicto officio, omnibusque juribus et pertinentiis suis praedictis, cum plenitudine juris canonici, per bireti capiti ipsius D. Presbyteri Francisci impositionem: mandansque omnibus et singulis, quos negotium hujusmodi tangit, ut praefatum D. Franciscum de Burris in Magistrum Caeremoniarum hujusmodi benigne recipiant, admittant et tractent, ac recipi, admitti et tractari faciant sub indignationis poena ejusdem Reverendissimi D. D. Episcopi, et inde etc.

Praesentibus Reverendis D. D. Joanne Maria Trovamala filio quondam J. C., et Hercule de Curte Cantore Ecclesiae Cathedralis Papiensis testibus notis, idoneis, ad praemissa vocatis et rogatis.

Extractum Petri Nobona Cancellarii Curiae episcopalis an. 1676. die 3. augusti ex breviariis Bartholomaei Francani Cancellarii ejusdem Curiae.

1572, 29 febbrajo.

XVII. *Il Capitolo della Chiesa di S. Maria in pertica di Pavia viene aggregato al Capitolo della Cattedrale dal Vescovo Ippolito Rossi mediante Bolla del Papa Pio V, per la quale al Prevosto dell' aggregato Capitolo ed ai successori nella di lui prebenda viene sostituito il titolo di Decano.*

In nomine Domini, Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo quingentesimo septuagesimo secundo Indictione quintadecima die vero veneris vigesima nona et ultima mensis februarii hora tertiarum vel circa. In civitate Papie, videlicet in sala superiori

episcopalis palatii siti in porta pertuxii parochia ecclesie maioris alias Sancti Georgii in Fenarolo. In mei notarii et testium infrascriptorum presentia et coram Reverendissimo et Illustrissimo Domino D. Hippolito de Rubeis Dei et Apostolice Sedis gratia Episcopo papiensi et Comite, convocato collecto et congregato Reverendo Capitulo Ecclesie Cathedralis papiensis de mandato et impositione Reverendi D. Julii de Petrasanta dicte Ecclesie Archidiaconi, ad quem convocatio et congregatio dicti Capituli in absentia Reverendi Domini dicte Ecclesie Prepositi a presenti civitate et diocesi absentis de jure et consuetudine spectat et pertinet, precedente opportuna citatione seu monitione facta per Reverendum Dominum presbiterum Bartholomeum de Cantono mansionarium dicte ecclesie nuntium in hac parte dicti Reverendi Domini Archidiaconi et capituli, qui medio juramento more sacerdotali prestito etc. retulit et refert predicto Reverendo D. Archidiacono michique notario stipulanti se citasse seu monuisse infrascriptos Reverendos D. Archipresbiterum et canonicos dicte ecclesie personaliter repertos et Dominos Odoardum de Sancto Nazario, Blasium de Malvicinis, Franciscum de Pagnanis et Bartholomeum de Peliciolis etiam dicte ecclesie canonicos ad eorum domos habitationum sitas in presenti civitate et quos invenit et ei responsum fuit dictum D. Odoardum de Sancto Nazario abesse a presenti civitate et diocesi, et Dominos Blasium Pagnanum et Peliciolam infirmos esse, reliquos autem de dicto capitulo, tamquam absentes et qui absentes morantur a presenti civitate et diocesi, ad canonicam dicte ecclesie ad quam similes citationes fieri consueverunt, ut istis die et hora et in presenti loco coram predicto Reverendissimo D. D. Episcopo convenire vellent pro hoc speciali negocio peragendo et in quo quidem capitulo fuit et est predictus Reverendus Dominus Archidiaconus et cum eo penes et apud eum Reverendi Domini Antonius de Dottis Archipresbiter, Hieronimus Ultrana, Jo. Maria Parona, Jo. Franciscus Ultrabellus, Philippus de Leonibus, Bartholomeus Botta, Jo. Petrus de Bobis, et Camillus de Frigiis omnes dicte cathedralis ecclesie canonici prebendati facientes et representantes et qui sunt faciunt et representant majorem et saniorem partem et plusquam duas partes ex tribus dicti capituli, quinimo totum dictum capitulum in aliorum tamen citatorum absentia ut protestantur. Et ibidem quoque convocato pariter collecto et congregato

Reverendo Capitulo Reverendorum Domini prepositi et canonicorum collegiate et parochialis ecclesie Sancte Marie in Perticha Papie de mandato et impositione Reverendi Domini Jo. Baptiste de Vegiis dicte Ecclesie prepositi ad quem convocatio et congregatio dicti capituli spectat et pertinet, precedente tamen debita citatione seu monitione facta per Dominum presbiterum Johannem de Perrotis dicte ecclesie sacristam et dicti D. prepositi et capituli nuntium in hac parte, de qua constat instrumento rogato hodie paulo ante per me notarium et cancellarium infrascriptum et in quo quidem capitulo fuit et est dictus D. prepositus et cum eo penes et apud eum domini Jo. Dominicus de Augustis, Augustinus Gosnaschus, Nicola de Parma, Aurelius de Guaschis, Jo. Baptista de Nonelis, Lodovicus de Pollis et Jo. Andreas de Bobbis omnes dicte ecclesie canonici prebendati facientes et representantes totum et integrum capitulum nemine absente nec deficiente, ut dicunt et protestantur, omnibus dictis Reverendis Dominis Archidiacono, Archipresbitero Preposito et canonicis dicti utriusque capituli predictus Reverendissimus D. D. Episcopus dixit et exposuit quod cum alias et de anno 1569 ipse Reverendissimus D. D. Episcopus de utriusque capituli et Ecclesie cathedralis et dicte Sancte Marie in Perticha consensu preposituram et canonicatus dicte Sancte Marie in Perticha cum omnibus suis juribus et pertinenciis et modo et forma tunc expressis in dictam cathedralem Ecclesiam transtulisset, dictamque Sancte Marie in Perticha Ecclesiam, claustra, hedificia et situs omnia dicte ecclesie annexa una cum cura animarum dicte ecclesie incumbenti concessisset fratribus congregationis mantuane Carmelitanis de observantia ad effectum ibidem erigendi monasterium cum oneribus modoque et forma de quibus ibi et presertim cum onere obtinendi eorum expensis beneplacitum et confirmationem a Sede Apostolica contentorum in eo Instrumento rogato die 18 mensis Januarii 1569. per me notarium et cancellarium infrascriptum dictique fratres minime beneplacitum et confirmationem hujusmodi obtinuissent et de eorundem capellanorum consensu idem obtineri a Sancta Apostolica Sede concessum fuisset ex post congregationi fratrum Sancti Ambrosii ad nemus Mediolani, fratres ipsi dicte congregationis Sancti Ambrosii ad nemus translationem et concessionem cum condicionibus ac modo et forma jam conventis et obtineri concessis impetrarunt et bullas ipsi Reverendissimo Domino Episcopo presentarunt quas per me notarium et cancellarium alta et

intelligibili voce ad omnium ibidem astantium intelligentiam legi mandavit et lecte fuerunt et sunt tenoris hujusmodi videlicet: Pius Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Ameriensi et Papiensi et Terdonensi episcopis salutem et Apostolicam benedictionem, hodie a nobis emanarunt litere tenoris subsequentis, Pius Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. In eminenti Sedis Apostolice specula divina disponente clementia constituti ad ea propentiori attentiorique cura libenter intendimus per que regularis observantie disciplina ubique suos palmites tamquam vitis fructifera diffundat, divinusque cultus cum animarum Christi fidelium salute augeatur ac prout expedit nostre operationis studium et auctoritatem favorabiliter impartimur. Sane exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Prioris generalis et congregationis fratrum ordinis Sancti Ambrosii ad nemus Mediolani sub regula Sancti Augustini degentium peticio continebat quod illi pro divini cultus augmento, Civitatis papiensis decore ac illis et aliorum quorumque Christicolarum edificatione, institutione et eruditione ac religionis ortodoxe ampliatione cureque animarum exercitio et studiorum documento unum monasterium nonnullis probis eiusdem ordinis fratribus et religiosis comptum et repletum in dicta civitate Deo propicio libenti animo erigere et instituere desiderant, si locus aptus et commodus inibi pro monasterio hujusmodi edificando, construendo, et ornando paucis cum sumptibus et expensis propter eorum paupertatem reperiatur, et sicut eadem peticio subjungebat, si secularis et collegiata ecclesia beate Marie in Perticha papiensis in qua unica dignitas, prepositura nuncupata, et septem canonicatus et totidem prebende duntaxat fundati erecti et instituti existunt et cui dilectorum filiorum ejus parochianorum animarum cura imminet, supprimeretur et extingueretur, ac prepositura nec non canonicatus et prebende predicti cum suis annexis fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus et emolumentis universis ac rebus et bonis in sacristia ipsius ecclesie et dicta ecclesia existentibus ac ad illos pertinentibus ad ecclesiam papiensem, que quatuor dignitatibus, utpote Prepositura, Archidiaconatu, Archipresbiteratu et Cantoria ac duodecim canonicatibus ac prebendis, sexdecimque capellanis perpetuis ornata et instituta solummodo existit, hac tamen condicione quód primo dicta prepositura inibi nomen decanatus et locum dignitatis obtineat, transferrentur,

dicta vero collegiata ecclesia una cum suis claustris, domibus, edificiis, hortis, viridariis, sediminibus et confinibus ad eam spectantibus in monasterium hujusmodi, in quo fratres et religiosi probi et docti existunt, qui dictam curam gerant et exerceant ac missas et alia divina officia diurna pariter et nocturna ut moris est celebrent et recitent, erigeretur et institueretur, profecto non solum dicte ecclesie papiensi, attento canonicorum et personarum in ea existentium exiguitate, quorum plures interdum ob eorum absentiam legitimam prepediti inibi non resident et hujusmodi in maximum dicte ecclesie papiensis incommodum et civium populique dicte civitatis murmur et seu scandalum, non inserviunt, et divini cultus et ordinis hujusmodi augmento et exaltationi, imo vero omnium civium et populi papiensis spirituali consolationi, sumptibusque et expensis predictis non ita parum consuleretur, quum denique fructus et animarum profectus speraretur et Deo favente quam maximus oriretur. Quare pro parte predictorum generalis et congregationis asserentium primo dicte prepositure ac septem canonicatuum et totidem prebendarum eorumque insimul et illis forsan annexorum fructus, redditus et proventus centum et quinquaginta ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem valorem annuum non excedere, nobis fuit humiliter supplicatum qualiter premissis annuere atque desuper opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem secundum extimationem predictam etiam predicti beneficii cui unio fieri peteretur, alioquin unio non valeret, et semper in unionibus commissio fieret, ad partes vocatis quorum interest, ipsos generalem et congregationem ac illorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a jure vel ab homine quavis occaxione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati Apostolica autoritate tenore presentium perpetuo secularem et collegiatam ecclesiam penitus suprimimus et extinguimus, ac illius predictam preposituram ac septem canonicatos et totidem prebendas hujusmodi cum suis annexis ac fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus et emolumentis, rebusque ac bonis omnibus

et singulis in illius sacristia existentibus et ad illam pertinentibus ac residuo fructuum, reddituum ac proventuum capituli dicte suppresse collegiate ecclesie ad eandem ecclesiam papiensem. Ita tamen quod primo dicta prepositura eo quia in dicta ecclesia papiensi est alia, ut prefertur prepositura, non prepositura, sed decanatus dignitatis inibi, non tamen, post pontificalem, majoris, nomen et titulum obtineat, quodque de cetero perpetuis futuris temporibus moderni et pro tempore existentes primo dicte prepositure ac canonicatuum et prebendarum supresse collegiate ecclesie hujusmodi prepositus et canonici hoc est, quoad prepositum, decanus, quoad vero canonicos predictos, canonici dicte ecclesie papiensis noncupentur et vocentur, ii denique decanus et canonici et eorum successores pro tempore decanatum ac septem canonicatus et prebendas dictos obtinentes, quorum decanatus et canonicatuum et prebendarum collatio provisio et omnimodo alia dispositio ad quem vel ad quos ex eorum primeva erectione spectat, in futurum spectet stallum in choro et locum in capitulo, ac quoad canonicos cum plenitudine juris canonici perinde ac alii ecclesie papiensis canonici et dignitates obtinentes habeant posssideant et ut de suo proprio et peculiari jure detineant de dilectorum filiorum dictarum ecclesiarum capitulorum et canonicorum consensu transferimus, suppressam autem collegiatam ecclesiam hujusmodi una cum suis claustris, domibus, edificiis, hortis, viridariis, sediminibus et confinibus ad eam spectantibus et inibi construendis refectorio dormitorio cellis et aliis necessariis et opportunis in monasterium sub invocatione ejusdem Beate Marie in Perticha in quo dicti ordinis nonnulli fratres et religiosi per generalem et congregationem hujusmodi deputandi sub regularibus suis ordinis institutis Altissimo famulatum exhibere possint ac horas canonicas diurnas pariter ac nocturnas missas et alia divina officia horis competentibus determinatis et stabilitis ut moris et decens est decantare et celebrare curamque animarum hujusmodi gerant et sincera in Domino charitate exerceant ac Christicolarum illuc accedentium confessiones audiant, eosdem a peccatis absolvant aliaque ad Sancte Matris Ecclesie exaltationem et majorem hedificationem Deo semper famulando peragant, de eorumdem capitulorum et canonicorum consensu et sine alicujus alterius prejudicio, erigimus et instituimus. Ceterum decano et canonicis translatis ad papiensem, religiosis vero et fratribus hujusmodi

ad suppressam ecclesias predictas ut prefertur respective accedere illarumque ecclesiarum respective, prout decens fuerit, corporalem realem et actualem possessionem absque . . . . seu spolii vitio, sed propria auctoritate, eodem tamen prestito consensu aprehendere et perpetuo retinere in omnibus et per omnia perinde ac si decanatus nec non canonicatus et prebende traslati hujusmodi in papiensi, monasterium vero predictum in suppressa ecclesiis prefatis respective a primeva illorum erectione erecta et instituta fuissent, quique Decanus et canonici translati nunc et pro tempore existentes una cum Preposito, Archidiacono, Archipresbitero, Cantore et ceteris canonicis ipsius ecclesie papiensis nunc et pro tempore existentibus juxta eorum ordinem et dignitatem absque ulla controversia capitulum dicte ecclesie papiensis constituant et in habitu quem alii predicti defferunt incedant atque his quibus Prepositus, Archidiaconus, Archipresbiter, Cantor et ceteri canonici dicte ecclesie papiensis etiam quoad delationem almutiarum et caputiorum facultatem incedendi etiam processionaliter in habitu et ordine predicto, Prior vero et predicti religiosi etiam his quibus alia monasteria dicti ordinis et illorum persone de jure vel consuetudine aut ex privilegio Apostolico respective utuntur, potiuntur et gaudent, ac uti, potiri ac gaudere poterunt quomodolibet in futurum concessis privilegiis immunitatibus exemptionibus prerogativis libertatibus concessionibus gratiis favoribus indultis et indulgentiis uti potiri et gaudere libere et licite respective possint et valeant, licentiam et facultatem concedimus et indulgemus, decernentes ex nunc irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus voluntate predicta ac lateranensi etiam novissime celebrati Concilii uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis et quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ac dictarum ecclesiarum jurisdictionibus confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscumque, proviso quod suprascripta Ecclesia hujusmodi debitis propterea non fraudetur obsequiis et animarum cura in ea nullatenus negligatur sed eius congrue supportentur onera consueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum absolutionis suppressionis extinctionis translationis erectionis institutionis concessionis indulti et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis

autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum se noverit incursurum. Dat. Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo septuagesimo primo, tertio kal. Junii, Pontificatus nostri anno sexto.

Quo circa fraternitati vestre per Apostolica scripta mandamus qualiter vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios preinsertas literas et in eis contenta quecumque ubi et quando opus fuerit ac quoties pro parte generalis et congregationis ac capitulorum predictorum seu cujusvis predictorum et singulorum illorum de super fueritis requisiti, solemniter publicantes eisque in premissis efficacis defensionis presidio assistentes, faciatis auctoritate nostra literas et in eis contenta hujusmodi firmiter observari ac singulos quos litere ipse concernunt illis pacifice gaudere, non permittentes eos aut eorum aliquem desuper per quoscumque contra earundem literarum tenorem quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet et rebelles per sententias censuras et penas ecclesiasticas et alia opportuna juris remedia eadem auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Pape octavi predecessoris nostri qua cavetur ne quis extra suam civitatem vel diocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad judicium evocetur seu ne Judices a Sede Apostolica deputati extra civitatem vel diocesim in quibus deputati contra quoscumque procedere aut alii vel aliis vices suas committere presumant, et de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore presentium ad judicium non trahatur, et aliis constitutionibus et ordinationibus Apostolicis nec non omnibus aliis supradictis seu si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam ac expressam et de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo septuagesimo primo, tertio Kal. Junii Pontificatus nostri anno sexto, subscripte in angulo super plica Jo. Baptista Fauchier et sigillate sigillo plumbeo pendente cum cordulis canepis. Et quia ipsarum bullarum exequtio ipsi

et certis aliis Episcopis commissa fuit cum clausula, quatenus vos vel duo aut unus vestrum ut ex aliis bullis pariter predicto Reverendissimo D. D. Episcopo presentatis et penes me notarium existentibus nunc exhibitis ad videndum et legendum, ipse Reverendissimus D. D. Episcopus antequam ad ulteriorem exequtionem devenerit ipsis de utroque capitulo bullas predictas antehac notificari voluit eosque requiri, an illis eorum consensum prestare vellent qualiter requiratur; si igitur hujusmodi consensum prestare parati sunt, illum prestare vellent vel eorum vota superinde proferre; predicti autem R. D. Prepositus et canonici dicte ecclesie Sancte Marie in Perticha Papie, premissis visis et auditis unanimiter et concorditer nemineque discenciente, responderunt et dixerunt quod unionem translationem et concessionem et omnia et singula in dictis literis Apostolicis contenta et in omnibus prout in eis acceptarunt et acceptant illisque omnibus et singulis consenserunt et consenciunt hac tamen condicione et non aliter, quod conventa superinde eis concedantur et observentur et superinde dicti Capituli dicte cathedralis ecclesie expressus consensus interveniat, que conventa superinde et observari promissa ut supra ibidem materna lingua concepta ut supra expressa et contenta et per me notarium et cancellarium scripta postea ad ipsorum omnium intelligentiam lecta sunt que sequuntur videlicet: Le intrade del Capitolo di Sancta Maria in Perticha si distribuiscano fra il decano et canonici che erano di Sancta Maria in Pertica sino che loro o alcuno di loro scamperano o alcuno che haverà hauto permutatione et essi habbino da trattare li affitti di detti redditi, l' instrumento poi del affitto si habia da fare da tutto il capitulo, occorrendo vacanza per morte o ressegna, le distributioni devute della portione della prebenda vacante si distribuiscano fra essi di Sancta Maria in Pertica, et venuto uno successore in possesso di tal prebenda vacante et così di mano in mano tal portione si incorpori alla distributione della chiesa Cathedrale delle quali come gli altri della cattedrale partecipi il successore, per rispetto delle optioni si habino da fare gradatim da tutti come di un solo et intiero capitulo. Et predicti R. D. Archidiaconus, Archipresbiter et canonici dicte cathedralis Ecclesie, premissis omnibus auditis, omnes etiam unanimes et concordes, excepto supradicto domino Parona, responderunt et dixerunt quod predictam unionem translationem et concessionem et alia

in dictis literis Apostolicis nec non et petita per dictos d. Prepositum et canonicos dicte ecclesie Sancte Marie in Perticha prout supra, tamquam etiam jam inter eos conventa, acceptarunt et acceptant ipsisque omnibus et singulis consenserunt et consenciunt sponte libere et omnibus jure via modo causa et forma quibus melius et validius potuerunt et possunt suis et dicti capituli nominibus, et dictus R. D. Archidiaconus promittens etiam et promisit et promittit pro dicto R. D. Blasio Malvicino canonico ut supra et quod ratum habebit et ratificabit presens Instrumentum et contenta in eo, et dictus R. D. Ultrana de rato promittens, promisitque et promittit pro R. D. Pagnano cujus literas superinde ad eum destinatas exhibuit tenoris hujusmodi videlicet: Magnifico Signor mio et mio quanto fratello osservandissimo, Havendomi Monsignor Reverendissimo ricerchato per havere il mio consenso per la unione si ha da fare del Reverendo capitulo et canonici di Sancta Maria in Perticha di presente et ritrovandomi infermo et non potendomi partire di casa supplico V. S. degnasi acceptar l' autorità mia per vigore delle presenti dare il mio voto libero et francho come se fossi presente e dico sono contentissimo che essa Unione si facia et fatta la confermo con il nostro Capitulo et ad osculum pacis li acceto in fratres di casa nostra, al ultimo di febraro del 1572. D. V. S. quanto fratello Francesco Pagnano canonico di Pavia, a tergo al Magnifico Signor mio el Signor Hieronimo Oltrana et come fratello osservandissimo et sigillatam et quod ratum habebit et ratificabit presens Instrumentum et contenta in eo ut supra: et dictus d. Ultrabellus etiam de rato promittens pro dicto R. D. Pelliciola etiam canonico ut supra cujus literas pariter exhibuit ad eum destinatas superinde tenoris hujusmodi videlicet: Molto Reverendo Signor come fratello honorando, Mando la presente a V. S. acciò in nome mio la faci et confermi quanto si farà in nel Reverendo Capitulo della chiesa maggiore di Pavia in accettar la unione di Sancta Maria in Perticha con esso Reverendo capitulo et cosi afермо et affermarò quanto in cio si farà, et mi contento si faci et con questo a V. S. mi raccomando. Di casa il dì ultimo febrajo 1572, subscriptam, D. V. S. M. R. come fratello Bartholomeo Pellicioli canonico papiensi, a tergo al Molto Magnifico et Reverendo Signor mio osservandissimo il Signor Francesco Ultrabello canonico nel Domo dignissimo di Pavia et sigillatam et

quod ratum habebit pariter et ratificabit presens Instrumentum et contenta in eo ut supra: dictus vero D. Jo. Maria Parona respondit et dixit quod petit copiam dictarum bullarum et literarum Apostolicarum et presentis Instrumenti ut deliberare possit pro interesse tam Ecclesie cathedralis, quam dicte Sancte Marie in Perticha, attento presertim quod ratione ejus capelle sub vocabulo Sancte Magdalene quam obtinet in dicta ecclesia Sancte Marie in Perticha virtute Instrumentorum que dixit habere rogata alterum die 3 februarii anni 1486 per D. Marchum de Moraseho et alterum de anno 1504 die 5. decembris per D. Jo. Augustinum de Moraseho notarium papiensem et aliis juribus, quo responso audito predictus Reverendissimus D. D. Episcopus ordinavit petitam copiam fieri et dari debere dicto d. Parone, eidemque d. Parone presenti et audienti terminum statuit quindecim dierum proxime futurorum ad dicendum probandum et quecumque sibi incumbentia faciendum, dictus vero d. Parona respondit et dixit quod nisi in termino predicto deliberare potuerit, ab assignatione termini predicti tamquam nimis brevis appellat, et predictus Reverendissimus D. D. Episcopus respondit et dixit quod dictam appellationem admittit si et in quantum, non quod eidem assignavit et assignat terminum trium mensium ad appellationem hujusmodi prosequendam, et dictus d. Parona dixit quod a statutione termini hujusmodi ad prosequendum tamquam nimis brevis appellat, et predictus Reverendissimus D. D. Episcopus respondit et dixit quod appellationem hujusmodi rejicit, et per dictos D. Prepositum et canonicos dicte ecclesie Sancte Marie in Perticha dictum fuit et responsum quod premissis dictis per dictum D. Paronam et ejus assertis pretensionibus non consenciunt, sed illis contradicunt, et prout in scriptis dabunt. Et que omnia premissa etc. promittunt dicti R. D. Archidiaconus Archipresbiter et canonici dicte cathedralis Ecclesie papiensis, excepto d. Parona, et dicti R. D. Archidiaconus Ultrana et Ultrabellus suis et dictis nominibus et de rato promittentes ut supra, et dicti R. D. Prepositus et canonici dicte ecclesie Sancte Maria in Perticha nunc translati ut supra suis et dicti utriusque capituli respective nominibus promiserunt et promittunt rata habere attendereque etc. observare simulque credentes obligantes etc. que bona etc. constituentes et promittentes renunciantes etc. jurarunt eorum et cujuslibet ipsorum manu pectori apposita more religioso etc. Ita tamen etc. et inde

de predictis omnibus et singulis, singula singulis referendo etc. predictus Reverendissimus D. D. Episcopus mandavit et mandat, dictique R. D. Archidiaconus, Archipresbiter et canonici dicte cathedralis ecclesie papiensis, Prepositus et canonici predicte Sancte Marie in Perticha suis et dictis nominibus ut supra et dictus d. Parona jusserunt et rogaverunt ac jubent et rogant per me notarium et cancellarium infrascriptum publicum confici debere Instrumentum presentibus d. Cesare de Sichis filio d. Angeli habitatore Papie parochia Sancti Martini foris portam, d. Ludovico de Luzara filio d. Federici, et d. Jo. Baptista de Martiis filio alterius domini Jo. Baptiste familiaribus predicti Reverendissimi D. D. Episcopi testibus attestantibus notis et idoneis.

Ego Bartholameus Francanus domini Jacobi Georgii Francani quondam filius publicus papiensis Apostolica et Imperiali auctoritate Notarius ac Episcopalis curiae papiensis Cancellarius suprascriptum Instrumentum mihi ut supra fieri jussum rogatus tradidi aliena manu jussu meo fideliter scriptum, ut in breviario, et me pro fide cum mei consueti signi Tabellionatus appositione in presenti XVII. folio subscripsi.

1576, 27 dicembre.

XVIII. *Il Vescovo Angelo Peruzzio delegato dal Papa Gregorio XIII Visitatore Apostolico delle chiese della città e diocesi di Pavia ristringe i limiti delle parocchie urbane di S. Giovanni in Borgo, di S. Martino, di Santa Maria in Pertica e dei Santi Gervaso e Protaso, staccando da ognuna di esse quella porzione che si estendeva fuori delle civiche mura* (*Estratto dagli Atti di visita presso la Curia vescovile di Pavia.*)

1. Cum populus parochialis et collegiatae Ecclesiae S. Joannis in Burgo sit valde numerosus, et parochia ipsa se protendat per duo milliaria vel circa extra moenia civitatis Papiae; itaque Rector sive Praepositus ipsius Ecclesiae non posset, praesertim hyemali tempore, et dum portae civitatis sunt obserratae, populo et parochianis extra moenia, ut supra, consistentibus Sacramenta Ecclesiae ministrare; propterea Visitator auctoritate Sacri Concilii Tridentini, maxime sessione XXI. cap. IV. et qua ipse fungitur Apostolica, habito etiam super hoc colloquio cum

Reverendissimo Domino Episcopo, ac debitis superinde captis informationibus, et comperto quod populus et parochiani ob distantiam praedictam non possunt, sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta ad Ecclesiam ipsam S. Joannis accedere; eam partem parochianorum extra moenia consistentium ab ipsa Ecclesia Sancti Joannis, et ejus cura dimembravit et separavit, eamque et parochianos praedictos omnes applicavit et incorporavit parochiali Ecclesiae sub titulo Sancti Petri in Verzolo Monachorum Ordinis Sancti Benedicti, congregationis Cisterciensis, extra et prope Civitatem Papiae, cum declaratione quod limites et confinia ipsius Parochiae Sancti Joannis extra moenia civitatis nullatenus de caetero se extendant: percipiendo et mandando Parocho et curam gerenti animarum in dicta Parochiali Ecclesia Sancti Petri in Verzolo, ut de caetero parochianos ipsos in suos, et sub ejus cura spirituali recipiat et acceptet cum muneribus, oneribus et aliis emolumentis, quae ab ipsis parochianis canonice consequi et haberi consueverunt, redditurus rationem in die illa tremenda de animabus ipsorum, si circa eorum curam salutarem negligens aut nimis remissus fuerit. Nec non etiam praecipiendo, ac praecipi mandando praefato Reverendo Praeposito, et Curato Sancti Joannis, quatenus sub poena scutorum ducentorum, et excommunicationis in subsidium, non audeat vel praesumat quoquomodo se de caetero intromittere in cura aliqua speciali dictorum parochianorum ab ejus et dictae illius Ecclesiae cura nuper separatorum, et Ecclesiae Sancti Petri, ut supra, applicatorum: sinatque et permittat parochianos ipsos gubernari et spiritualiter curari sub parochia et cura, ac per Curatum pro tempore dictae parochialis Ecclesiae Sancti Petri in Verzolo, et quod in cura ipsa, dictum Curatum pro tempore ipsius Ecclesiae Sancti Petri non molestet, turbet vel inquietet quovis modo.

2. Cum Reverendissimus Dominus Visitator decrevisset, attenta numerositate populi Ecclesiae Sancti Martini foris portam, congrue providere, ne parochiani extra moenia degentes, nocturno praesertim et hyemali tempore in perceptione sacramentorum detrimentum patiantur; et cum parochia ipsa se protendat per tertiam partem milliarii, vel circa extra moenia civitatis Papiae, itaque Curatus pro tempore ipsius Ecclesiae non posset, praesertim hyemali tempore, et dum portae civitatis sunt

obserratae, populo et parochianis extra moenia, ut supra, consistentibus Sacramenta Ecclesiae ministrare; propterea auctoritate Sacri Concilii Tridentini, maxime sessione XXI.ª capite IV.º, et qua ipse fungitur Apostolica, habito etiam super hoc colloquio cum Reverendissimo Domino Episcopo, ac debitis superinde captis informationibus, et comperto quod idem populus et parochiani, ob distantiam praefatam, non possunt sine magno incommodo ad percipienda sacramenta ad Ecclesiam ipsam Sancti Martini accedere: eam partem parochianorum extra moenia consistentium ab ipsa Ecclesia Sancti Martini et ejus cura dimembravit et separavit, eamque et parochianos praedictos omnes applicavit et incorporavit parochiali Ecclesiae S. Petri in Verzolo, extra et prope civitatem Papiae, ab ea parte ubi adest Monasterium monachorum ordinis Cisterciensium, ipsiusque Ecclesiae cura est annexa eidem Monasterio, pro ut in ejus visitatione dicetur, et cui etiam Ecclesiae facta fuit altera applicatio parochianorum alias sub cura Ecclesiae Sancti Joannis in Burgo, extra moenia degentium, cum declaratione quod limites et confinia ipsius parochiae Sancti Martini extra moenia civitatis nullatenus de caetero se extendant. Praecipiendo et mandando ei qui curam gerit, et geret animarum, pro tempore in Ecclesia ipsa S. Petri, ut de caetero parochianos ipsos, ut praemittitur, dimembratos et applicatos, in suos et sub ejus cura spirituali recipiat et acceptet cum muneribus, oneribus et aliis emolumentis, quae ab ipsis parochianis canonice consequi et haberi consueverunt: redditurus rationem in die illa tremenda de animabus ipsorum, si circa eorum curam salutarem negligens aut remissus fuerit. Nec non praecipiendo, ac praecipi mandando praefato Curato Ecclesiae Sancti Martini, quatenus sub poena scutorum ducentorum auri et excommunicationis in subsidium, non audeat vel praesumat quoquo modo se de caetero intromittere in cura aliqua spirituali dictorum parochianorum ab ejus et dictae Ecclesiae cura nuper separatorum, et applicatorum, sinatque et permittat parochianos ipsos regi, gubernari et spiritualiter curari per curatum et curam gerentem animarum in dicta Ecclesia Sancti Petri in Verzolo; et quod in cura ipsa dictum curatum pro tempore ipsius Ecclesiae Sancti Petri non molestet, turbet vel inquietet quovis modo.

3. Reverendissimus Dominus Visitator pro expeditione visitationis hujusmodi dum voluisset parochianos omnes Ecclesiae Sanctae Mariae in Pertica extra moenia civitatis degentes ab eadem Ecclesia separare, eosque unire etiam per congruam distributionem, parochialibus Ecclesiis loci de Prato, et loci de Fossa armata; comparuerunt quamplures ex parochianis et porrexerunt scripturam ac petitionem tenoris de quo infra: cui petitioni idem Reverendissimus Dominus Visitator annuendo rescripsit, modo et forma et prout in fine ipsius scripturae, cum decreto tamen, prout sic decrevit, quod nisi oblata per ipsos comparentes fuerint expedita, et alia servata modo et forma, de quibus in rescripto praefato, quod Reverendissimus Dominus Episcopus Papiensis parochianos ipsos distribuat, uniat, atque incorporet, praevia opportuna separatione, ab ipsa Ecclesia Sanctae Mariae in Pertica praefatis Ecclesiis de Fossa armata, aut earum alteri pro illius arbitrio ac alias omni meliori modo.

Tenor vero scripturae et petitionis ac rescripti de quibus supra, est qui sequitur, videlicet:

Molto Illustre et Reverendissimo Signore

Essendo mente di V. S. R.ma che sia provisto a'gl'huomini habitanti, ne la casa della Terra, Casa di Liverieri, Maestà et Casa degl' Ingegnieri, et altri in li Corpi Santi fuori delle mura della Città di Pavia sottoposte alla cura di Santa Maria in Pertica, acciò ne i casi de bisogni, si per la notte, come per gl' altri impedimenti, che possono occorrere, non siamo sottoposti al trovare serrate le porte della Città, à tal che per diffeti tali potriano seguire molti inconvenienti, onde pare che V. S. habbia proposto, che detti huomini possano elegersi, qual cura a' loro più sia commoda l' una delle due ò quella di Prato, ò quella di Fossarmato. Nondimeno conoscendo, che tal eletione, non gl' è, in quel comodo, che loro desiderano, et perche loro porta ancora grave prejuditio si alli detti huomini, come alli loro Signori patroni sottoporsi a chiese poste in commune fuori di Corpi Santi, desiderano grandemente che V. S. R.ma sia servita per la maggior comodità ordinando di compiacerli che possano elegersi di far fare una chiesa in detti Corpi Santi, dove a' loro piacerà sia più commoda, et che in detta chiesa nelli Corpi Santi sia esercitata la cura per detti frati di Santa Maria in Pertica, overo, potendo disponere che li frati di Santa Maria in Pertica si contentano d' accettare la cura

di Prato. Alla quale possano detti huomini di Corpi Santi, secondo il loro bisogno sempre ricorrere per li servigi dell' anime loro, non privandoli però che quando potranno haver commodo da li frati di Santa Maria in Pertica di dentro, se ne possano a loro piacere servire, a tal che sia a loro libero, et commune andare al luogo di Prato, ne i casi di bisogno, et non potendo havere effetto di poter havere la chiesa di Prato, et non potendola fare esercire da detti frati, possano anco elegere di poter far fare cura nella chiesa di Santo Giovanni in le Vigne de detti frati di Santa Maria in Pertica, offerendosi detti huomini fargli fare quel commodo che V. S. Molto Illustre et Reverendissima ordinarà nel termine che a V. S. R.ma piaccrà statuire supplicandola tra tanto non siano tolti dalla cura di Santa Maria in Pertica, se non siano provvisti, come di sopra, della quale, come cosa honesta, speriamo da V. S. ottenere.

Tenor rescripti: Dummodo Ecclesia extra moenia civitatis in termino sex mensium aut alias ad beneplacitum Reverendissimi Domini Episcopi, quod omnibus sit fulcita, ac munita juxta formam nostrorum decretorum generalium, et in qua divinus cultus decenter agi possit, et cura animarum recte exerceri et per unum ex fratribus praedictis, qui in loco personalem ac continuam faciat residentiam juxta formam Concilii Tridentini, in caeteris voluntati ipsorum supplicantium obsequendo concedimus, ordinamus, committimus, et mandamus, ut petitur.

Angelus Episcopus et Visitator.

Dat. Papiae in aedibus residentiae praefati Reverendissimi Domini Visitatoris, die 27 Decembris 1576.

Hyppolitus Zoachinus clericus Bononiensis, praefati Reverendissimi Domini Visitatoris notarius, et scriba de mandato etc.

4. Cum populus parochialis Ecclesiae Sanctorum Gervasii et Protasii sit valde numerosus, et parochia ipsa se protendat per tria milliaria, vel circa extra moenia civitatis Papiae, ita quod Curatus pro tempore ipsius Ecclesiae non posset, praesertim hymali tempore, et dum portae civitatis sunt obserratae, populo et parochianis extra moenia, ut supra, consistentibus, sacramenta Ecclesiae ministrare; Propterea auctoritate Sacri Concilii Tridentini, maxime sessione XXI.ª, capite IV.º, et qua ipse fungitur Apostolica, habito etiam super hoc colloquio cum Reverendissimo Domino Episcopo, ac debitis superinde

31

captis informationibus; et comperto quod populus, et parochiani ob distantiam praedictam non possunt sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta ad Ecclesiam ipsam Sanctorum Gervasii et Protasii accedere: eam partem parochianorum extra moenia consistentium, ab ipsa Ecclesia Sanctorum Gervasii et Protasii, et ejus cura dimembravit et separavit, eamque et parochianos praedictos omnes applicavit et incorporavit Ecclesiae simplici statim perficiendae sub titulo Sanctae Sophiae, de qua infra; cum decreto, quod parochianorum hujusmodi curam animarum de caetero gerere debeat unus ex fratribus praedictis Monasterii Sanctorum Gervasii et Protasii, qui in Ecclesia ipsa Sanctae Sophiae continuam faciat residentiam. Declarando etiam quod limites et confinia ipsius parochiae Sanctorum Gervasii et Protasii extra moenia civitatis nullatenus de caetero se extendant. Praecipiendo et mandando ei, qui in dicta Ecclesia Sanctae Sophiae, quae a nemine possidetur, et nihil habet in bonis, curam exercebit animarum, ut de caetero parochianos ipsos in suos, et sub ejus cura spirituali recipiat et acceptet cum oneribus, muneribus et aliis emolumentis quae ab ipsis parochianis canonice consequi et haberi consueverunt: redditurus rationem, in die illa tremenda, de animabus ipsorum, si circa eorum curam salutarem negligens aut remissus fuerit. Nec non praecipiendo ac praecipi mandando praefato curam gerenti animarum in Ecclesia Sanctorum Gervasii et Protasii, quatenus sub poena excommunicationis, non audeat vel praesumat quoquo modo se de caetero intromittere in cura aliqua spirituali dictorum parochianorum ab ejus et dictae Ecclesiae cura nuper separatorum, et applicatorum ut supra: sinatque et permittat parochianos ipsos regi, gubernari, et spiritualiter curari per Curatum, et curam gerere debentem in dicta Ecclesia Sanctae Sophiae, et quod in cura ipsa dictum Curatum pro tempore ipsius Ecclesiae nominandum ab ipsis Priore et Fratribus dicti Monasterii, et a Reverendissimo Domino Episcopo adprobandum, non molestet, turbet vel inquietet quovis modo.

Ut autem animarum curam parochianorum eidem Ecclesiae Sanctae Sophiae applicatorum rite et recte geratur, idem Reverendissimus Visitator

Mandavit et ordinavit quod deputandus ad curam praedictam exercendam, observare debeat decreta generalia in illis praesertim partibus et capitulis, quae curam quomodolibet concernunt animarum, et Sacramentorum administrationem.

Et cum Ecclesia ipsa careat omnibus fere ornamentis,

Ordinavit Ecclesiam ipsam debere muniri et ornari, Sacramentum Eucharistiae in ea retineri, et decenter et ornate custodiri juxta formam decretorum generalium.

Et tandem participato et communicato decreto praedicto cum dictis Dominis Priore et fratribus dicti Monasterii, cui omnino parère promiserunt, et quod cum summe etiam placuisset parochianis ipsis, et quampluribus aliis bona possidentibus prope et apud Ecclesiam ipsam Sanctae Sophiae; inter caeteros comparuerunt Domini Hieronimus et Joannes Baptista de Mollis de Bellinzona, qui cum emphiteotico jure possideant in eodem loco magnam admodum campaneam, et maximum numerum perticarum terrae, quas in emphiteusim perpetuam conducunt a Reverendis Praeposito, Canonicis, et Monasterio Sancti Petri in Coelo aureo, et oblationem in scriptis fecerunt tenoris ac formae, de quibus infra: qua quidem oblatione participata et communicata cum iisdem Praeposito et Canonicis, oblationi praefatae consenserunt. Itaque cum decreto etiam praefati Reverendissimi Domini Visitatoris, iidem Domini Hieronimus et Joannes Baptista, titulo donationis perpetuae donarunt eidem Ecclesiae perticas quatuor terrae incultae et zerbidae, valoris et pretii scutorum octo in totum et per totum, pro faciendo situ et campo eidem Ecclesiae Sanctae Sophiae, et ut apud ipsam Curatus pro tempore commodius valeat residere.

Tenor vero dictae oblationis et consensus praedictorum Dominorum Praepositi et Canonicorum regularium Sancti Augustini dicti Monasterii Sancti Petri in Coelo aureo cum decreto Reverendissimi Domini Visitatoris, est qui sequitur, videlicet:

Reverendissimo Monsignore.

Geronimo et Gioanni Battista di Molli de Bellinzona servi di V. S. R.ma vorebbero donare, et far una perpetua limosina alli Reverendi Padri di S. Gervasio di Pavia, di pertiche quattro in circa, di terra incolta, et zerbida di valore di scudi doi la pertica in circa, situata nel territorio loro di Santa Sofia, Campagna Soprana di Pavia con una capella, et principio d' una chiesa, alias dalli loro predecessori principiata a fine che detti frati habbiano, et siano obligati per l' avenire, fare residenza, et habitar' in quel luogo, et celebrar Messe, et altri divini ufficj concernenti il benefitio delle anime ivi habitanti, et suo conturno ad honore et gloria

di Dio Nostro Signore. Poi che V. S. R.ma, come Delegato Apostolico, ha ordinato che si faccia una chiesa in quelle parti, dove si faccia la cura delle anime per la separatione delli luoghi di fuori della città dalla cura di S. Gervaso di Pavia; e perchè il diretto dominio di quel fondo è delli Reverendi Padri di Santo Pietro in Ciel auro; ne senza il suo consentimento, il contratto può haver luogo, et in questo, essi Reverendi Padri si rendano alquanto difficili per qualche scrupulo di conscienza, senza però l' espresso ordine di V. S. R.ma. Pertanto li soprascritti gentil huomini supplicano V. S. R.ma voglia interponere la sua autorità: et con uno suo ordine dispensare ch' essi Reverendi Padri possano liberamente consentire al contratto, che si farà per essi con detti frati di Santo Gervasio gratis, attesochè la Chiesa non viene a patire detrimento alcuno, passando d' un convento in un' altro. Et per essere ancor quid minimum a tanta campagna, ne perciò se gli viene a sminuire il loro solito canone, anzi n' è per risultare grandissimo bene a tutti i circostanti che da quì indietro sono vissuti, et vivono come persone salvatiche, ut Deus etc.

Geronimo et Gioanni Battista di Molli de Bellinzona.

Tenor vero consensus Dominorum Praepositi, et Canonicorum Sancti Petri in Coelo aureo est qui sequitur, videlicet:

Capitulum divi Petri in Coelo aureo annuit supplicatis, dummodo dicti Reverendi Patres Sancti Gervasii solvant quotannis unciam cerae albae pro censu.

Marcus Praepositus manu sua, suo et capituli sui nomine.

Tenor vero Decreti ipsius Reverendissimi Domini Visitatoris est qui sequitur, videlicet:

Reverendissimus in Christo Pater et Dominus Dominus Angelus Perutius, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Caesariensis, ac civitatis et dioecesis Papiensis Visitator Apostolicus. Attenta ordinatione per eum facta quod a cura Ecclesiae Sancti Gervasii Papiae separentur omnes habitantes extra civitatem, et quod construatur, seu verius perficiatur et ornetur Ecclesia in campis Sanctae Sophiae, ubi cura animarum exerceatur, et prout in ea, ac visa suprascripta supplicatione et consensu Reverendi Domini Praepositi dicti Monasterii Sancti Petri in Coelo aureo, ut supra registrato, ac visis videndis, auctoritate Apostolica, qua in hac parte fungitur,

Ordinavit praedictos dominos de Mollis de Bellinzona posse

tuto et impune donare praefatis Reverendis Dominis fratribus Sancti Gervasii dictam Ecclesiam, et situm: qui tamen fratres habeant pro censu singulis annis solvere praedicto monasterio Sancti Petri in Coelo aureo unciam unam cerae albae in festo Sancti Petri cujuslibet anni. Et ita dixit, declaravit, ordinavit et mandavit omni meliori modo etc.

1577, 25 aprile.

XIX. *Regolamenti emanati dal Vescovo Ippolito Rossi per il Priore, per li Mansionarii, per il Curato, e per gli altri membri del Collegio dei Cappellani della Cattedrale. (Estratto dall' Archivio della Curia vescovile.)*

Ordini del Molto Illustre et Reverendissimo Monsignor Hippolito de Rossi Vescovo di Pavia etc. quali vole sua Signoria Reverendissima che siano esattamente osservati da tutto il Collegio de li Capellani della Chiesa Cathedrale.

Primo. Ordiniamo ch' il Collegio de li Capellani de la Cathedrale nostra chiesa habbi uno protettore, che sia uno de li canonici dell' istessa chiesa. Il quale al presente vogliamo che sia il Signor Hieronimo Oltrana con autorita' di puoter far quanto si estende ne la infrascritta nostra patente ad esso da noi data e concessa, il tenor de la quale è questo che segue:

Hyppolitus Rubeus Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus papiensis et Comes. Pateat cunctis praesentes nostras inspecturis, qualiter nos volentes controversias omnes, quae quomodocumque inter capellanos ecclesiae nostrae cathedralis oriri possunt, tollere, ut magis prompti et solliciti sint praefatae ecclesiae servitio, cupientesque ordines per nos publicatos eorum personas et collegium tangentes tam circa divinorum officiorum recitationem, quam alias qualitercumque, observari, confidentes de religione, morum probitate, et integritate Reverendi D. Hieronymi Oltranae ejusdem ecclesiae nostrae canonici, ipsum eligimus, eique in hac parte tantum vices nostras committimus, ut possit in ipsorum capellanorum collegio pro sedandis controversiis et similibus faciendis ad libitum suum, sine tamen vocis dandae facultate, intervenire, omnesque, et singulos capellanos quomodocumque errantes, monere, et corrigere, ita tamen quod

si puniendi aliquo casu erunt, nos seu vicarium nostrum admonere teneatur. Dantes praeterea eidem facultatem alium ex canonicis dictae nostrae ecclesiae, qui in eius absentiam praemissis intersit, et ea exequatur, substituere possendi. Mandamus ideo omnibus et singulis capellanis dictae ecclesiae ut in praemissis ei pareant. In quorum fidem praesentes literas ad beneplacitum nostrum fieri manu nostra subscriptas, sigilloque nostro muniri jussimus.

Dat. Papiae in Episcopali palatio die XVIII mensis Decembris M. D. Lxiiij.

Hyppolitus Rubeus Episcopus papiensis.

2. Che la elettione del Priore di detto Collegio si facci a voci segrete in questo modo. Primo alla presenza del Protettor si pigliano tante fave a numero quanto saranno li capellani congregati per tal effetto, delle quali fave tre siano rosse, o nere, poi si mettano tutte in una bussola, et ognuno de i capellani ne cava fuora una, e quelli a chi toccaranno le fave rosse o nere, nominaran uno per Priore che gli piacerà, e chi sarà nominato da uno de li tre, non vogliamo possi esser nominato da niuno de li altri dui, ma che ognuno nomini il suo; dipoi per la elettione de un solo, de li tre già nominati, ognuno de li capellani darà la balla a chi gli parerà, e chi haverà più balle de quelli tre, quello sarà il Priore di detto Collegio.

3. Che la detta elettione non possi esser fatta ne in persona del Curator de la detta nostra Chiesa, ne d' alcuno de li quatro mansionarii, per non confondere l' un' officio con l' altro.

4. Che il detto Priore tenga il più degno luogo in Choro, e fuori, e dopo lui, il mansionario hebdomadario, perchè vogliamo che tra li quatro mansionarii l' hebdomadario habbia il più degno luogo in choro, e fuori.

5. Che il detto Priore porta la sua muzza andando alli divini ufficii in choro et alle processioni e funerali per dinotare l' ufficio che tiene, e di detta muzza il Collegio ne proveda a sue spese.

6. Che il curato de la nostra chiesa preceda tutti li capellani, ma non li mansionarii, et intra di loro tenga il più degno luogo in choro et in collegio.

7. Che il detto curato nel andar alle processioni, e funerali stia sempre presso al priore, et alli funerali dove non interverà il Capitolo, preceda il Curato, ma se il capitolo vi interverà, il prior habbia il più degno luogo.

8. Che il detto curato per dimostrar anche esso l'ufficio suo porta il capuzzo nero, ma solamente alle processioni et funerali.

9. Che il mansionario hebdomadario, al quale a settimana toccarà l'hebdomadaria, acciò si ricorda, che a lui apartiene regere il Choro, porta sempre la sua bacheta, et ne havemo fatto dar una a ciascuno de li quatro mansionarii, perchè si conosca l'ufficio loro.

10. Che il mansionario hebdomadario vada in choro avanti che si cominci l'ufficio per veder se li libri, e l'ufficio che si ha da dire, son ben aparecchiati, acciò che, essendo venuti li canonici et capellani in choro, si possi incominciare l'ufficio senza haver a spettar che si trovi l'ufficio che si ha da dire.

11. Che ciascuno de li detti quatro mansionarii porta la sua bacheta ogni volta che occorra festa duplice solenne, et parimente andando alle processioni nella chiesa, e fuori, et ne li funerali, alli quali andarà il Capitolo.

12. Che andando tutto il Collegio de li capellani a qualche processioni o funerali, il mansionario hebdomadario, e l'altro che segue in ordine, portino tutti doi la sua bacheta, ma andandovi una parte, la porti solamente l'hebdomadario.

13. Che essendo impedito l'hebdomadario, si che non possi essere presente all'ufficio, sia tenuto far avisar l'altro mansionario, che haverà da intrar ne la hebdomadaria seguente, il quale in tal caso haverà cura del ufficio di regere il choro, et portarà la sua bacheta.

14. Che se alcuno de li mansionarii dimandasse licenza di non più servire, overo fosse per qualche suo demerito da noi privato, debba subito consegnar la sua bacheta in mano del protettore overo del priore, il quale ne haverà cura fin che sia proveduto d'un'altro.

15. Che occorendo romore tra li capellani in collegio di mordaci et ingiuriose parole, overo in altro modo, sia tenuto il priore nel medemo giorno darne notitia a noi, overo al nostro vicario overo al protettore, sotto la pena de quatro scuti per ciascuna volta che esso priore mancarà.

16. Che tutti li capellani, che sono di residenza, et in ordine sacerdotale constituiti si habbiano di qua da Pasqua prossima di resurrettione da provedere d'un camice col suo amitto et cordone, et d'una borsa con li suoi corporali sotto pena di tre scuti, et passata detta solennità, ordiniamo, et comandiamo

al priore che non li lasci far buoni a le distributioni sin tanto che non si siano proveduti de le suddette cose. Et d' aver fatto tal provisioni siano tenuti mostrarle al priore, il quale lo facci poi sapere al protettore, o a noi.

Ordiniamo ancora che li capellani che sono, et saranno admessi alla residenza, et che non saranno sacerdoti, siano tenuti sotto le medeme pene a provedersi similmente de tutte le sudette cose in termino de dui mesi dopo che saranno promossi al sacerdotio, et a darne notizia come di sopra.

17. Che questi nostri ordini si facino transcrivere in buona mano, et ligar in doi libreti, l' uno de i quali stia presso del Protettore, l' altro in mano del Priore.

18. Che quando il priore renonciarà all' ufficio suo, sia tenuto dare e consegnare, avanti che si venghi all' elettione del nuovo priore, il sudetto libreto, e la muzza al protettore in presenza de tutto il collegio, et fatta l' elettione, l' uno e l' altra il protettor consegnerà a chi sarà stato eletto per Priore.

E più intendendo noi con molto nostro dispiacere, che li capellani della nostra Chiesa maggiore lasciano alcune volte d' intervenire alli divini Uffici, che in essa si celebrano, et a quali per l' obbligo loro sono tenuti essere presenti, per andare, come spesse fiate fanno, in altre chiese con speranza d' un poco più di guadagno che vi fanno, non considerando loro che oltra il mal' esempio che danno, cadono ancora nel peccato dell' avaritia, radice de' tutti i mali, vedendo similmente che l' amorevoli riprensioni da noi fatteli sono state de niuno profitto, habiamo pensato di proveder col presente nostro ordine a questo abuso. Et così dechiariamo in virtù di questo, et ordiniamo che ogni volta ch' uno delli sudetti capellani restarà di ritrovarsi agli Uffici della già detta nostra Chiesa per andar a ufficiare in altra, incorra oltre la perdita della nota, nella pena d' un quarto di scuto. Et se sarà il Cantore hebdomadario di mezzo scudo; la qual pena vogliamo et comandiamo che il Priore di detti Capellani gliela trattenga sopra le distributioni, et la consegni al canonico sacrista, perchè vogliamo che dette pene siano aplicate alla sacristia d' essa Chiesa, come le aplichiamo.

Dat. nel nostro Palazzo Episcopale alli 25 d' Aprile 1577.

Hippolito de Rossi Vescovo di Pavia.

1578, 22 marzo.

XX. *Assegnamento dell' annua rendita di venti scudi fatta dal Vescovo Ippolito Rossi al Collegio dei cappellani della Cattedrale per lo stipendio del Diacono e Soddiacono da assumersi per il servizio delle messe capitolari.*

In nomine Domini amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quingentesimo septuagesimo octavo indictione sexta die sabbati vigesima secunda mensis martii hora vesperarum vel circa, in civitate Papiae videlicet in Sala magna superiori Palatii Episcopalis Papiae infrascripti Illustrissimi D. D. Episcopi Papiensis sita in porta Pertusii parochia ecclesie majoris. Cum sit quod usque de anno 1568 et mense Junii per Reverendum Capitulum Ecclesiae Cathedralis Papiae, sic tunc instante et requirente, ab Illustrissimo et Reverendissimo D. Episcopo Papiensi infrascripto pro augumento divini cultus statutum et ordinatum fuerit quod de caetero, tam obtinentes dignitates, quam canonicales praebendas in memorata ecclesia, quam qui in futurum obtinebunt, esse debeant sacerdotes et in ordine sacerdotali constituti, cessante tamen legitimo impedimento, vel in tali aetate constituti quod infra annum sequuturum ad presbiteratus ordinem se promoveri facere possint, juxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini ac cum certis modis pactis et conventionibus ibidem descriptis, et inter caetera quod suprascripti Reverendi de Capitulo tenerentur gradatim in cantu celebrare missas descriptas in tabella una cum diacono et subdiacono cum eorum dalmaticis, eligendis a praedicto Illustrissimo et Reverendissimo D. Episcopo: et capellani residentes et de collegio ipsorum dominorum capellanorum tenerentur celebrare in cantu aliis diebus ferialibus et non descriptis in dicta tabella, et supradicti diaconi et subdiaconi cum cotta in missa cantare Epistolam et Evangelium, et cum stola, pro quorum labore per praefatum Reverendissimum D. Episcopum tunc ex ejus pura et mera liberalitate eis oblatum et promissum fuit dare singulo anno in perpetuum scuta viginti auri, donec et usquequo implicarentur scuta quatuorcentum auri in fundo seu fundis, ex quibus dictum annuum redditum ad summam ut supra perciperetur, et prout latius de praedictis constat publico documento rogato per quondam D. Jo.

Antonium Segnam notarium et cancellarium tunc Curiae Episcopalis Papiae anno etc. ad quod etc. sitque verum quod praefatus Illustrissimus et Reverendissimus D. Episcopus usque in anno 1569. nomine proprio implicaverit dicta scuta quatuorcentum auri in fundo uno empto a Reverendis Dominis et monacis monasterii Sancti Salvatoris positi extra et prope moenia Papiae Congregationis Cassinensis, alias de Sancta Justina, exindeque ipsis locato sub praestatione ficti perpetui scutorum viginti in anno sub certis tamen pactis et conventionibus inter eos conventis et inter caetera cum pacto quod praefati Reverendi Abbas et monaci possent dicta bona vendita redimere eodem pretio toties et quoties et quandocumque et absque ulla temporis praescriptione ipsis placuerit, et prout latius de praedictis constat publicis documentis ipsarum emptionis et Investiturae fieri rogatis anno 1569. et die secundo novembris per egregium causidicum dominum Mathaeum Cellanovam notarium papiensem ad quod etc. Sitque verum quod praefatus Illustrissimus et Reverendissimus Episcopus hujusmodi fictum jam verbo assignaverit praefato Venerando Collegio DD. Capellanorum ejusdem Ecclesiae cathedralis et sint in possessione illud a praedicto D. Abbate et monacis exigendi, et illud distribuendi in distributionibus Collegii dominorum Capellanorum residentium in dicta Ecclesia et nunc intendat aliter de ipsa assignatione verbotenus facta apparere modis tamen et formis infrascriptis; hinc est quod in praesentia etc. praedictus Multum Illustris et Reverendissimus Dominus D. Hippolytus de Rubeis Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Papiensis et Comes etc. sponte etc. et alias omni jure etc. et ex ejus pura et mera liberalitate cessit et cedit, ac assignavit et assignat praefato Venerando Collegio DD. Capellanorum residentium in praefata Cathedrali Ecclesia seu illorum distributionibus nominative dictum fictum perpetuum dictorum scutorum viginti auri in anno, ac jura et perceptiones illius ut supra debitum et praestari solitum per praefatos Reverendos Dominos Abbatem et monacos Sancti Salvatoris praefato Reverendissimo D. D. Episcopo in terminis in dicta Investitura perpetua, rogata ut supra, expressis, nec non et bona ipsa ex quibus fictum ipsum praestatur quoad directum dominium et civilem possessionem tantum, et quoad omnia jura praefato Illustrissimo et Reverendissimo D. Episcopo papiensi spectantia et pertinentia virtute dictorum contractuum rogatorum ut supra, et in cujus

locum, jus et statum in omnibus et per omnia posuit et constituit, ac ponit et constituit collegium DD. Capellanorum residentium ut supra. Et haec omnia versus Ven. Dominos presbyteros Joseph de Grisiis Priorem, Alexandrum de Bassis, Antonium Mariam de Campisiis, Bernardinum de Ragnis, Franciscum de Buschis, Joannem de Nigris, Baptistam de Fasolis, Aloisium de Biscossiis, Joseph de Pasqualibus, ac Baptistam de Pasqualibus, Angelum de Francia, et Franciscum de Gandinis omnes capellanos de dicto Collegio ibi praesentes stipulantes et acceptantes etc. cum pactis, modis, formis et condictionibus supradictis et infrascriptis videlicet. 1.° Quod casu quo praefati Reverendi Abbas et monaci Sancti Salvatoris praedicti vellent aliquo futuro tempore uti dicto pacto luendi eisdem indulto et bona ipsa per eos vendita recuperare, et dicta scuta quatuorcentum exbursare ad formam recitatorum contractuum ut supra, quod tunc et eo casu dicta scuta quatuorcentum in actu dictae luitionis deponantur, et deponi debeant per praefatos DD. Capellanos penes idoneam personam eligendam per praedictum Illustrissimum et Reverendissimum Dominum D. Episcopum, et in ejus absentiam per Reverendissimum ejus Dominum Vicarium generalem una cum Canonico seu alio de capitulo per R. Capitulum praefatae cathedralis Ecclesiae eligendum ad effectum illa iterato implicandi, et a cujus depositarii manibus amoveri non possint, nisi implicentur in aliquo fundo seu fundis idoneis alicui flumini minime subjectis, seu in alia re idonea ex qua seu quibus percipi possit fictum praedictum scutorum viginti distribuendorum ut supra et infra, et quod in praejuditium praesentis pacti fieri non possit per ipsos dominos Capellanos aliquis contractus nec distractus per quem tolleretur effectus praesentis pacti, et si fierent quod non valeant nec teneant sed pro infectis et pro non factis habeantur ipso jure, quia sic fuit etc. Hoc pacto addito quod ubi praefatus R. Episcopus vellet exbursare dicta scuta quatuorcentum praefatis dominis Capellanis de dicto collegio, quod ei liceat, et licitum sit, eo in casu fictum, ut supra cessum, ipsi liberum remaneat et remanere debeat, perinde ac si praesens assignatio facta non foret, sed tamen teneantur prefati D. Capellani dicta scuta quatuorcentum modis et formis ut supra recitatis deponere et implicare, quia sic fuit ex pacto etc. Item et cum ordinibus et pactis infrascriptis tenoris hujusmodi videlicet: *Ordini di Monsignor Reverendissimo*

di Pavia da osservarsi circa al diacono et al suddiacono che haverano da cantare l' Epistola et Evangelio in Duomo. 1.° Che il reddito delli quatrocento scudi che da S. S. Reverendissima furno impiegati in comprare detto reddito che è de vinti scudi l' anno per darsi alli diacono, et suddiacono sopradetti, sia unito alle distributioni del Collegio de' capellani residenti in Duomo con carico che habbino a dare e distribuire in due volte l' anno cioè al Natale et alla Pasqua di Resurretione quatordeci scudi d' oro alli diacono et suddiacono suddetti che canterano l' Epistola et l'Evangelio in Duomo. 2.° Che detti diacono et suddiacono habbino a servire a settimana nel cantare dell' Epistola li giorni nelli quali non si canterà la messa apparata, ordinando S. S. Reverendissima per l' avvenire che l' Evangelio si canti dal sacerdote celebrante, e quando si canterà apparata, il diacono canterà l' Evangelio, e il suddiacono l' Epistola. 3.° Che il collegio dei Capellani si obblighi, in caso che il diacono o subdiacono sia absente o non possi servire per qualche suo impedimento, di provedere d' uno che canti l' Evangelio o l' Epistola, secondo che sarà il bisogno, e per questo effetto habbi a nominare due o tre capellani delli più idonei a tale ufficio, et questo tale guadagnerà tutto quello che guadagnarebbe il diacono, o suddiacono absente se servisse. 4.° Che il diacono o suddiacono ordinario non sia delli Capellani di residentia, ma de quelli del Seminario, overo de quelli che non sono di residenza o ammessi al servitio della chiesa. 5.° Che se il diacono o suddiacono saranno impediti di legitimo impedimento etiam d' infirmità, non servendo, non guadagnino, et perciò vuole S. S. Reverendissima che siano notati et fatti buoni servendo solamente, et non altrimente. Dichiarando che quello s' intenda dover esser fatto buono che oltre il cantar dell' Epistola sarà presente a tutta la messa grande et di più che detti diacono et subdiacono habbiano da intervenire alli vesperi tutte le Domeniche, et alli primi e secondi vesperi delle feste nelle quali Monsignor Reverendissimo o uno de Canonici deve celebrar la messa. 6.° Che occorrendo che il diacono o suddiacono non voglia più servire o non possa o cerchi licenza, o vero che sia mandato via per qualche suoi mali diportamenti e che bisogni fare provisione d' altri, S. S. Reverendissima vuole et dà facoltà al Capitolo del Duomo che possa elegerne due in luogo di ciascuno d' essi diacono o suddiacono

che lascierano di servire per una delle suddette cause, acciò che da S. S. Reverendissima si possi approbare quello che giudicherà più habile et idoneo a tal ufficio, et in absenza di Monsignor Reverendissimo, S. S. Reverendissima riserva tal approbatione al suo Vicario generale insieme con una dignità et un canonico electi dal Capitolo dechiarando quello doversi ammettere che dalli due delli suddetti tre sarà approbato. Avertendo S. S. Reverendissima il Capitolo suddetto che nel fare l' elettione delli nuovi che havrano a servire, habbi l' occhio al servitio et bisogno della chiesa, et non a qualche affetto d' amicitia particolare che si havesse più ad uno che ad un altro, et quelli s' intenderano eletti che in Capitolo dal maggior numero de canonici saranno eletti. Quam quidem assignationem et pacta, et quae omnia partes ipsae ad invicem stipulantes etc. promittunt habere rata etc. simul hinc inde etc. credentes vicissim etc. obligantes etc. quae bona etc. constituentes etc. renuntiantes etc. jurantes more sacerdotali etc. Et quae omnia facta fuerunt et fiunt praesentibus audientibus et consentientibus M. R. J. U. doctore domino Augustino Trovamala Praeposito dictae Ecclesiae Cathedralis et Reverendo domino Antonio Dotto Archipresbytero, et Jo. Baptista de Vegiis decano, suis nominibus propriis ac procuratorio nomine totius Capituli dictae Ecclesiae Cathedralis ad suprascripta specialiter constitutis per Instrumentum dicti eorum sindacatus, et procurae fieri rogatae externa die mihi notario infrascripto ibidem praesentibus, et dictae assignationi, et contentis in ea expresse consentientibus suis et dicto procuratorio nomine, ut supra, et inde etc. praesentibus magnifico D. Alexandro de Beccaria filio quondam magnifici Domini Petri habitatore Papiae parochia S. Joannis in Burgo, nobili D. Hieronymo de Cavallariis filio quondam magnifici jurisconsulti Domini Livii ex camerariis praedicti Reverendissimi D. Episcopi, venerabili Domino Hieronymo Gasoldo de loco Stratellae ultra Padum dioecesis Papiensis attestantibus etc. Inde etc.

Ego Alemanus de Alemanis filius quondam D. Jo. Mariae publicus Papiensis Apostolicaque et Imperiali auctoritatibus notarius Curiaeque Episcopalis Papiae Cancellarius suprascriptum Instrumentum assignationis sic ut supra michi fieri jussum rogatus tradidi et per alium scribere feci et pro fide in hoc decimo folio subscripsi.

1579, 27 ottobre.

XXI. *Norme stabilite dal Vescovo Ippolito Rossi per le attribuzioni e gli emolumenti spettanti al Cappellano collegiato investito dell' ufficio di paroco della Cattedrale* (*) *e regole da seguirsi nei funerali.* (*Estratte dall' Archivio della Curia Vescovile.*)

Ordini del Molto Illustre e Reverendissimo Monsignor Hippolito de Rossi Vescovo di Pavia etc. circa quello che sua Reverendissima Signoria comanda che sia osservato nella cura d'anime de la Chiesa Cathedrale.

Primo. Che li denari delle quarte che si haverano, siano reposti in una bussola, e poi si distribuiscano insieme con la distributione che si farà sopra la nota guadagnata fra li capellani residenti.

2. Che il curato che sarà pro tempore non possi far accordo de la quarta, sì de denari come d'altro, ma sia tenuto dimandar il Reverendo priore del Collegio, ovvero, in sua absenza, il mansionario hebdomadario, et insieme far la conventione di detta quarta.

3. Che sia data e distribuita la elemosina a quelli che sarano invitati dal curato ogni volta che si farano essequie.

4. Occorendo andar a corpo se non doi preti, vadino il curato e il sacrista, e se ne andrano quatro, a presso li detti doi siano dimandati doi mansionarii già eletti, e se ne andarano sei, vadino doi de' più antichi capellani residenti, et se ne sarà bisogno de otto, vadino altri doi capellani gradatim, e così si osservi a ruota, ma sempre siano dimandati doi de li mansionarii, e questo alternative, acciò che ognuno de capellani residenti habbi parte de li emolumenti, e se bisognarà invitare piu del numero de li capellani residenti, siano dimandati li doi diaconi, et subdiaconi che cantano l'Evangelio et Epistola, et apresso sia dimandato il sostituito del sacrista che serve alla chiesa et sacristia di continuo, et apresso siano dimandati li mercenarii che officiano detta chiesa.

(*) Nella sistemazione delle Parochie ordinata dall' Imperatore Giuseppe II. nell' anno 1788 venne tolta la cura d'anime al Collegio dei Cappellani e fu stabilmente assegnata al Prevosto del Capitolo cattedrale.

5. Che le offerte della santissima communione, battesimi et levi di parto siano del curato, cioè li denari, ma la cera sia per uso della sacristia, e per ciò sia consegnata in mano de quello che averà il carico di essa sacristia.

6. Che li denari della campana siano del sacrista, qual ha la cura di suonare et attendere alla Chiesa.

7. Che siano sempre doi chierici a ruota, che portino la Santa Croce, quando occorrerà farsi qualche funerali, e la elemosina che percio si suol dare, sia de li detti chierici.

8. Che sempre li quatro mansionarii, secondo l'ordine et solito loro habbino da far la cantoria alli funerali, e questo ufficio non vogliamo in alcun modo che sia fatto da altri de li capellani, se non in caso di necessità.

9. Che nel andar alli funerali (occorrendo che si habbi a far distributione de dignità) siano sempre date prima al curato et al priore, e dopo essi alli quatro mansionarii, e se ne saran de' più alli capellani più antichi idonei a tal' ufficio.

10. Che ciascuno ritenghi la sua cera che li sarà data, e non si metta altrimenti in comune, vogliamo poi che quella delle quarte si riserva per portar il Santissimo Sacramento, quando si portarà a li infermi, e per sepellire li poveri, e se ne avanzarà ceda et sia in utilità di detto Cōllegio.

Intendendo noi che li mansionarii della Chiesa nostra cathedrale spesse volte lasciano d'intervenire alli divini uffici, a' quali non tanto come mansionarii, ma anche come capellani per l'obbligo loro sono tenuti esservi presenti, perciò volendo provedere a tal abuso, et far sì che li detti mansionarii per l'avenire siano più pronti in adempire l' obbligo loro,

Ordiniamo che il mansionario hebdomadario a cui spettarà fare la cantoria, secondo l'ordine della loro settimana, che in ogni ufficio, dove è di bisogno far la cantoria, guadagni li punti doppii per cadauno ufficio, et caso che detto mansionario hebdomadario non vi fusse presente, vogliamo che l' altro mansionario, che haverà da succeder la subsequente settimana, et così successivamente in absentia l' un dell' altro in suo luogo faccia la cantoria, et guadagni esso li medemi punti doppii, et se per sorte, il che molto ne spiacerebbe, si trovassero absenti tutti li mansionarii, vogliamo che uno de li capellani residenti che farà la cantoria in vece loro guadagni esso li stessi punti doppii come di sopra, intendendo però che in tal caso l'antiquiore

Capellano, che sarà in choro, sia quello che facci la cantoria, se pur esso sarà atto a farla, altrimente la facci quello che segue in ordine, ma per non gravare più dell' honesto il collegio delli soprascritti nostri Capellani, ordiniamo che da Calende di Novembre prossimo avenire avanti, detto collegio resti sgravato dall' obligo delle lire 48. imperiali, quali detto collegio per nostro ordine era tenuto per il passato ogni anno pagare alli soprascritti mansionarii per la cantoria, per che inscontro delle predete lire 48. per l' avenire guadagneranno li punti doppii, per li quali gli resulterà il medemo utile.

Ordiniamo ancora che morendo alcuno delli sudetti Capellani il collegio sia obligato il giorno immediate seguente, non essendo però impedito da alcuna festa nella quale non si possi cantar messa per l' anime de' morti, et essendo impedito, il primo giorno che si potrà, si canti una messa da morto per l' anima del Capellano defunto sotto pena a chi non intervenirà alla suddetta messa, essendo avisato il giorno avanti, di perdere soldi 5. di nota guadagnata per essi, da essergli scancellata dal Notatore di detto Collegio di commissione però del suo priore. Di piu comandiamo che detti capellani per sette giorni continui non essendo da alcuna festa impediti, et essendo impediti, nelli altri giorni che immediatamente seguirano, nelle loro messe particolari dicano una colletta per l' anima del Capellano defunto, sotto la pena, a nostro arbitrio.

Dat. nel Palatio nostro Episcopale alli 27 ottobre 1579.

Hippolito de Rossi Vescovo di Pavia.

1580, 26 novembre.

XXII. *Il Vescovo Ippolito Rossi assegna al Collegio dei Cappellani della Cattedrale le rendite della cappella di Santa Croce eretta nella Chiesa di Santa Maria Maddalena in Pavia coll' obbligazione allo stesso Collegio di far celebrare ogni anno in essa chiesa una messa nella festa di Santa Croce e di Santa Maria Maddalena.*

In nomine Domini, amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo quingentesimo octuagesimo indictione octava die sabbati vigesima sexta mensis novembris hora tertiarum vel circa, in civitate Papiae videlicet in aula magna Palatii Episcopalis Papiensis

porta Pertusii, parochia Ecclesiae majoris, ibique etc. Reverendissimus in Christo Pater et Multum Illustris D. D. Hyppolitus de Rubeis Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus papiensis et comes etc. cognoscens Collegium D. Capellanorum cathedralis ecclesiae hujus civitatis tenues redditus habere et multis oneribus praegravatum esse, unde ut de aliquo subventionis auxilio pro faciliori sustentatione ipsorum onerum provideatur, et quae ad divini cultus augmentum tendunt in dies augeantur, cum ad praesens capellania Sanctae Crucis posita in ecclesia Sanctae Mariae Magdalenae Papiae, quae ecclesia unita fuit venerando Capitulo S. Michaelis majoris, vacet per liberam resignationem in manibus praedicti Reverendissimi D. Episcopi sponte factam per D. Petrum Joannem de Bassis illius ultimum et immediatum capellanum et possessorem, ob ipsius capellae tenues redditus, propterea praefatus Reverendissimus D. D. Episcopus ex quo jam per multos menses vacat et nullus repertus fuerit sacerdos qui collationem dictae capellae ex causa praedicta requirere voluerit, cum tantum sit redditus librarum quindecim in anno, cum onere unius missae ferialis in singula hebdomada, deliberavit hujusmodi capellaniam dicto venerando Collegio unire et applicare cum onere tamen infrascripto. Ad laudem igitur et gloriam omnipotentis Dei, Beatae Virginis Mariae et protectorum S. Syri et Stephani, sub quorum titulo et ad ipsorum honorem Ecclesia praedicta a christifidelibus veneratur, auctoritate ejus ordinaria et omnibus jure, via, modo, causa et forma quibus melius et validius poterit et potest, intervenientibus quibuscumque solemnitatibus in similibus requisitis, titulum dictae capellae ut supra per resignationem factam sic ut supra vacantis suppressit et supprimit, illiusque bona et jura praedicto ven. Collegio univit et incorporavit per praedictos R. D. capellanos seu ipsum Collegium habenda, possidenda et percipienda ad ipsius Collegii ipsorumque capellanorum utilitatem et usum, cum onere tamen injuncto praedicto Collegio et D. capellanis celebrandi singulo anno in perpetuum in praedicta ecclesia Sanctae Mariae Magdalenae ad altare majus, ubi constructa est praedicta capella, in quolibet festo Sanctae Crucis, sub cujus vocabulo constituta fuit capella ipsa, et in festo praedictae Sanctae Mariae Magdalenae expensis propriis missam unam, mandans proinde praedictus Reverendissimus D. D. Episcopus praedictum venerandum Collegium seu ejus legitimos procuratores

vel procuratorem in possessionem dictae capellae et illius bonorum et reddituum induci debere per quoscumque presbyteros vel clericos a praedictis requisitos ac illis de universis dictae capellaniae bonis, fictis, fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus responderi, praesente R. D. presbytero Josepho de Grisiis ex dictis capellanis et priore ipsius Collegii dictae unioni sic ut supra factae et contentis in ea expresse suo et dictis nominibus, consentiente et acceptante ac promittente suis et dictis nominibus ut supra de attendendo et observando praedicta modis et formis ut supra de attendendo et observando praedicta expressis sub obligatione bonorum dicti Collegii constitutis, renuntiis et aliis clausulis in similibus apponi solitis jurans suis et dictis nominibus ut supra more sacerdotali etc. praedicta attendere etc. ita tamen etc. et inde de praedictis omnibus et singulis praedictus Reverendissimus D. D. Episcopus ac praedictus D. Prior per me notarium infrascriptum publicum confici debere Instrumentum mandarunt et mandant, praesentibus magnifico D. Carolo de Bottis filio quondam magnifici D. Ascanii Cremonense et D. Andrea de Augeriis filio quondam D. Francisci ex camerariis praefati Reverendissimi D. Episcopi testibus notis ad praemissa vocatis et rogatis.

Ego Alemanus de Alemanis filius quondam domini Jo. Mariae publicus Papiensis Apostolicaque et imperiali auctoritatibus notarius Curiaeque Episcopalis Papiae Cancellarius suprascriptum Instrumentum unionis sic ut supra mihi fieri jussum scribere feci et in hoc 2. folio pro fide subscripsi.

XXIII. *Descrizione e consegna di paramenti e di arredi sacri donati dal vescovo Ippolito Rossi alla sacrestia della sua Chiesa Cattedrale. (La copia di questo documento, che si conserva nell' Archivio capitolare, è mancante di data.)*

Noi Ippolito di Rossi per gratia di Dio e della Santa Sede Apostolica Vescovo di Pavia etc. In virtù della presente nostra scrittura facciamo libero dono alla sacristia della nostra Chiesa Cattedrale delle infrascritte cose; cioè di otto candelieri d'argento d'altare che noi habbiamo fatto fare da servirsene quando noi celebriamo gli divini offitii in detta nostra Chiesa: li quali candelieri si contentiamo anco, che li Canonici di detta nostra Chiesa li possino usare in tutte le solennità, e feste

che haveranno l' ottava; con questo però che essi Canonici n' habbino buona cura e custodia, tenendoli almeno sotto due o tre chiavi, nè vogliamo, che si possino portare nè adoperare da nissuno, nè anco dalli Vescovi che succederanno a noi in questo vescovato, in altra Chiesa, che nella detta Cattedrale; il che però non vogliamo sia prohibito a noi di fare, mentre saremo Vescovo di Pavia. E più del tabernacolo d' argento, che habbiamo fatto fare per portare il Santissimo Sacramento dell' altare nel giorno che si celebra la festa e che si fa la solenne processione del detto Santissimo Sacramento. E più li doniamo un Pastorale d' auricalco inargentato con oro. E più doniamo alla detta sacristia un paramento di tela d' argento et oro del modo infrascritto: cioè un Pallio per l' altar maggiore di detta nostra Chiesa, della detta tela d' argento et oro, in fiori con color morello, e frangia di oro, e seta morella con le nostre arme sopra. Un Piviale della medesima tela d' argento, e guarnito con frangie d' oro e seta morella con un fregio e cappuccino di tela d' oro, con l' arma nostra sopra. Una Pianeta della medesima tela d' argento guarnita con una croce di tela d' oro con sù l' arma nostra. Una Dalmatica e una Tonicella episcopali d' ormesino bianco, guarnite con frangie d' oro. Una Dalmatica e una Tonicella per Diacono, e Suddiacono della medesima tela d' argento, e guarnite con passamano d' oro et argento, e di frangie con oro, e seta morella. Un gremiale Episcopale della medesima tela d' argento, e due stole e tre manipoli della medesima tela d' argento etc. Un cordone di seta bianca, e morella, con li fiocchi d' oro, et argento, e seta morella. Et un paro di guanti di seta bianca con oro. Un paro di calze episcopali d' ormesino bianco, et un paro di sandali della medesima tela d' argento etc. Una borsa da corporali della istessa tela. Due coperte da libro della medesima tela d' argento etc. Et un cussino da libro della medesima tela d' argento etc. E più li doniamo un' altro paramento di tela d' oro con seta cremesina, dell' infrascritto modo, cioè: Un pallio per l' altar maggiore della detta Cattedrale, della detta tela d' oro, con frangie d' oro, argento e seta cremesina, con sopra l' arma nostra. Un piviale del medesimo, con fregio di tela d' oro e d' argento, e con frangia come di sopra con l' arma nostra. Una pianeta del medesimo, con la croce di tela d' argento et oro con sopra l' arma nostra. Una Dalmatica et una Tonicella

Episcopale d' ormesino cremesino con frangie d' oro. Una Dalmatica et una Tonicella della medesima tela d' oro, con passamano, et argento, con frangia come di sopra, con sù l'arma nostra. Uno gremiale Episcopale dell' istessa tela d' oro. Due stole, e tre manipoli della medesima tela d' oro. Uno cordone per cingersi d'oro e seta cremesina, con li suoi fiocchi d'oro, e seta. Et un paro di guanti di seta rossa con oro. Un paro di calze episcopali d'ormesino cremesino, un paro di sandali della medesima tela d' oro. Una borsa da corporali della medesima tela. Due coperte da libro della medesima tela d'oro. Un cussino da libro dell'istessa tela. E più li doniamo un altro paramento di damasco bianco dell'infrascritto modo, cioè: Uno Pallio con la frangia d' oro e seta bianca, con sopra l' arma nostra. Un piviale con la frangia d'oro, e seta bianca, con un fregio, e cappuccino di tela d'oro con sù l'arma nostra. Una Pianeta con la croce di tela d'oro con sù l'arma nostra. Una Dalmatica et una Tonicella guarnite con frangie d'oro, e seta bianca e passamano d' oro, con sù l' arma nostra. Due stole e tre manipoli del medesimo damasco bianco. Le quali tre sorta di paramenti non vogliamo però che mentre noi saremo Vescovo di Pavia si possino usar da altri che da noi, senza nostra special licentia, non solo nella detta chiesa, ma anco in altre chiese, secondo che piacerà a noi: e non essendo noi Vescovo, vogliamo che li Canonici di detta nostra chiesa Cattedrale li possino adoperare, nè li Vescovi che succederanno a noi glielo possino vietare in modo alcuno. Non vogliamo però che li Vescovi nostri successori, e li detti Canonici li possino adoperare se non nella nostra chiesa Cattedrale, e non altrove, salvo se in qualche occasione il Capitolo andasse processionalmente a celebrar Messa in qualche chiesa: come per esempio si fa nelli tre giorni delle Rogationi. E più noi doniamo alla suddetta sacristia un' altro paramento di damasco cremesino dell'infrascritto modo, cioè: Uno Pallio guarnito con frangia d' oro e seta cremesina per l' altar maggiore di detta Cattedrale con sù l' arma nostra. Un Piviale guarnito di frangia, come di sopra, con un fregio e cappuccino di tela d' oro, con sù l' arma nostra. Una Pianeta con la croce di tela d' oro con sù l' arma nostra. Una Dalmatica et una Tonicella guarnite con la medesima frangia, e passamano d'oro con le nostre arme sopra. Due stole e tre manipoli del medesimo damasco

cremesino. E più li doniamo un' altro paramento di damasco pavonazzo, o sia morello dell' infrascritto modo, cioè: Un Pallio per il suddetto altar maggiore, con la frangia di seta morella e cremesina. Un Piviale con il fregio e cappuccino di veluto cremesino, con la frangia come di sopra. Una Pianeta con la croce di velluto cremesino, con la nostra arma sopra. Una Dalmatica et una Tonicella guarnite con frangie come di sopra, con passamano di seta morella e cremesina, con le nostre arme sopra. Due stole e tre manipoli del medesimo damasco morello. E queste due sorte di paramenti si contentiamo che li Canonici di detta nostra Cattedrale li possino usare ad ogni loro volere in detta Cattedrale, et anco in altre chiese, mentre però il Capitolo vi vadi processionalmente a celebrar Messa, come si è detto di sopra, e non altrimente. E più li doniamo un tapedo velutato lungo brazza quattordeci, e largo sei, qual habbino da usar solo nelle solennità, che, come sopra, possono usar li candelieri sopra donati. E delle predette cose così donate li prohibiamo ogni alienatione et uso, salvo nelli casi sopra concessi, sotto pena a noi arbitraria, così per rispetto del Capitolo in generale, come delli Canonici et altri del Capitolo contrafacienti in particolare. (*)

(*) Lo Spelta nella sua *Istoria di tutti i Vescovi di Pavia*, nella vita d'Ippolito Rossi descrive le gloriose azioni di questo celebre nostro Vescovo e narra altre ragguardevoli spese da esso sostenute a vantaggio della sua Chiesa. Altre notizie intorno a questo esimio nostro Pastore si possono leggere nell' opera: *Concilia Papiensia etc.* pag. 444.

INDICE

1135, 27 settembre. Pietro figlio di altro Pietro dona alla Canonica della Cattedrale di Pavia tutti i suoi beni mobili ed immobili col diritto e coll' ordigno di cavare l' oro dalla ghiaja del fiume Ticino *pag.* 1

1179, 16 agosto. Pietro Prevosto e Ufficiale della Chiesa della SS. Trinità in Pavia vende a Maestro Agirato, per parte della Chiesa medesima, l'annuo canone che essa Chiesa riceveva da una vigna situata in territorio di Gropello, con insieme il possesso di una tale vigna. (Pergamena esistente presso la Biblioteca dell' I. R. Università di Pavia.) 3

1190, 21 febbrajo. Lanfranco vescovo di Pavia assegna alla Chiesa di S. Michele di Roncaro tre porzioni di decima spettante al monastero di Sant' Agata ad istanza dell' Abbadessa dello stesso monastero . . 4

1208, 17 marzo. Bernardo Prevosto della Canonica della Chiesa Cattedrale di Pavia investe Nicola di Retorbido di alcuni pezzi di terra di proprietà della stessa Canonica situati nella villa di Mondondone . . 5

1208, 30 agosto. I Consoli della giustizia di Pavia vendono ad Adelasia vedova di Pellegrino de Dodo, pel totale prezzo di lire 16, due case situate in essa Città e paganti l' annuo canone l' una di denari 14 alla Chiesa di S. Giovanni in Solarolo, e l'altra di denari 12 al Monastero di S. Felice. (Pergamena esistente nella Biblioteca dell' I. R. Università di Pavia.) 7

1231, 16 giugno. Bolla del Sommo Pontefice Gregorio IX al Capitolo della Cattedrale ed al Clero della Città di Pavia colla quale conferma l' elezione del Canonico Rodobaldo in Vescovo di Pavia 8

1231, 4 dicembre. Decreto del vescovo Rodobaldo col quale conferma e stabilisce, secondo l'antica consuetudine, che non debbano essere

più di quattro i Canonici della Chiesa della Santissima Trinità. (Pergamena dell' Archivio Municipale di Pavia.) . . . . *pag.* 9

1232, 17 febbrajo. Conferma dei privilegi e delle concessioni accordate alla Chiesa Cattedrale dai Vescovi Bernardo e Rodobaldo I. riconosciute ed accettate dai Rettori e Ministri delle Chiese di Pavia . . . 10

1242, 16 agosto. Sentenza pronunciata da Oclerio Beccaria console di Giustizia contro varie persone della villa di Mondondone per la quale vengono condannate a prestare l' albergaria all' arcidiacono e canonici della Cattedrale, o a dare per essa un compenso in denaro 13

1255, 4 maggio. Investitura fatta dal Capitolo della Cattedrale a Bencio Oliveri con obbligo al medesimo di pagare sotto speciale riserva a Giorgio Geberello un annuo canone assentato sopra terre situate nella villa di Mondondone 16

1261, 5 gennajo. I canonici della Cattedrale di Pavia ed i frati ministri dell' Ospedale detto di Betlem nel borgo di Tesino costituiscono Giacomo Robba giudice ed arbitro per decidere la questione di un annuo canone di 300 fasci di legna, che asserivasi dovuto dall' Ospedale al Capitolo del Duomo 17

1261, 11 gennajo. Sentenza pronunciata dal giudice ed arbitro Giacomo Robba nella controversia insorta tra i canonici della Cattedrale ed i ministri dell' Ospedale di Betlem 19

1261, 31 ottobre. L' Ospedale di Betlem oltre il Tesino e per esso i suoi ministri sacerdoti e conversi dell' ordine degli Umiliati secondo la sentenza del giudice ed arbitro Giacomo Robba assegnano alcuni fondi di loro proprietà situati nel territorio di Castelletto ai canonici della Cattedrale. Su questi fondi costituiscono un' enfiteusi assicurante l' annuo canone dei 300 fasci di legna dovuto al Capitolo del Duomo, da cui l' Ospedale ne riceve l' investitura coi patti reciprocamente convenuti 21

1265, 10 ottobre. La Fabbrica di S. Siro e per essa il suo rettore e ministro Uberto di Monteroto investe l' Ospedale di Gropello, rappresentato dal suo rettore e ministro frate Enrico dei Beccarii, di tre pezzi di terra per l' annuo canone di lire otto pavesi 26

1267, 16 dicembre. Testamento di frate Rainerio di San Nazaro dell' Ordine degli Umiliati Vescovo Mainense 27

1272, 16 febbrajo. Investitura dei fondi di Crótesi con tutti gli edifizj, con tutte le terre, case e proprietà annesse fatta dai Canonici della Cattedrale a favore di Pietro Clerico arciprete della pieve di Casteggio 34

1272, 3 dicembre. Agnese figlia di Corrado Bagacio moglie di Rufino Calvignano rinuncia a favore di sua sorella Sibona ogni suo diritto sui beni paterni situati in Mondondone di ragione direttaria della Canonica di S. Siro 37

1276, 8 febbrajo. Quitanza colla quale il canonico Ottone Beccaria sindaco capitolare dichiara d' aver ricevuto da frate Giovanni converso di San Sepolcro un moggio di segala ed otto soldi pavesi per la decima dell' Isola dovuta alla Canonica della Cattedrale 38

1276, 7 dicembre. I Canonici della Chiesa Cattedrale coll' approvazione del mansionario Giacomo di Bassignana a nome della Mansioneria della stessa Cattedrale investono Imolda vedova di Resonaco Portonario di un pezzo di vigna situato nella campagna di Pavia nel luogo appellato Monte Bonono per l' annuo canone di soldi quattro pavesi 39

1277, 2 aprile. Il maestro Ospino archidiacono e vicario del vescovo Guido III. col consenso del Capitolo della Cattedrale dona la Chiesa di Santa Mostiola in Pavia ai frati eremitani di S. Agostino. (Torelli, Secoli Agostiniani tom. 4. pag. 800.) 41

1277, 1 settembre. Il vescovo di Pavia Guido III, da Viterbo ove trovavasi presso la Corte Romana, ratifica e conferma l' atto di donazione col quale il suo Vicario ed il Capitolo della Cattedrale avevano concesso la Chiesa di Santa Mostiola ai frati eremitani di S. Agostino. (Torelli, Secoli Agostiniani tom. 4. pag. 800.) 44

1286, 26 gennajo. Bernardo Clerico di Casteggio dinunzia ai Canonici della Cattedrale di Pavia la vendita, che intende di fare dei suoi beni enfiteotici situati nel territorio di Crótesi 46

1287, 21 gennajo. Protesta di Guideto Mazono fatta nella sua qualità di sindaco e procuratore del Capitolo e della Chiesa cattedrale di Santa Maria maggiore contro una sentenza di Giacomo Lamarola giudice e vicario di Bertramo Carcano Podestà di Pavia 47

1313, 21 aprile. Elezione di arbitri convenuta tra i canonici della Cattedrale ed alcuni pievani della diocesi di Pavia per determinare i confini della loro giurisdizione territoriale 49

1313, 7 maggio. Sentenza pronunciata dagli arbitri nella quale sono determinati i confini a cui si estendeva la giurisdizione territoriale della Chiesa matrice di Pavia 52

1318, 25 maggio. Descrizione e consegna dei fondi situati nel territorio di Vallegio e di Ottabiano di proprietà del Capitolo della Cattedrale 56

1318, 25 giugno. Giuramento prestato da tre persone di specificare colle loro coerenze tre pezzi di terra di ragione della Chiesa Cattedrale situati nel paese di Ottabiano o di Vallegio, e consegna ricevutane da un mansionario a nome della stessa Cattedrale 60

1327, 19 maggio. Guglielmo da Cremona priore generale degli Eremitani di S. Agostino costituisce quattro procuratori concedendo a ciascuno ampia facoltà di comperare case, terre e locali vicini alla Chiesa di S. Pietro in ciel d' oro in Pavia, sulla cui area doveva edificarsi il Convento degli Eremitani in esecuzione del Rescritto apostolico di Giovanni XXII. (Pergamena esistente presso la Biblioteca dell' I. R. Università di Pavia.) 61

1332, 20 gennajo. Il rettore ed il chierico della Chiesa di S. Leonardo di Tossegaria coll' intervento del canonico Bernardo Lanario vicario generale del vescovo Giovanni IV. (Fulgosio) eleggono Giovanni Mangiaria in loro sindaco e procuratore 63

1332, 27 ottobre. Quitanza fatta dal canonico Bernardo Torti al sindaco dei monaci vallombrosani per l' annuo canone delle terre sulle quali era fabbricato il monastero di S. Sepolcro detto di S. Lanfranco 64

1334, 1 gennajo. Atto col quale il vescovo Giovanni IV. (Fulgosio) approva e conferma le regole della Compagnia dei Raccomandati alla Beata Vergine Maria 65

1338, 3 ottobre. Subinvestitura di beni situati nel territorio di Butirago di ragione direttaria del Capitolo della Cattedrale fatta dal rettore di S. Nicolao della Moneta a favore di Franceschino Sedacio 69

1341, 4 dicembre. Statuti del Capitolo Cattedrale di Pavia emanati dal canonico Mascarino Tacconi vicario generale del vescovo Giovanni IV. 71

1342, 7 gennajo e 29 marzo. Giuramento prestato da due Canonici della Cattedrale di osservare gli statuti capitolari emanati il 4 dicembre 1341 dal Vicario generale vescovile Mascarino Tacconi 81

1346, 1 agosto. I mansionarii della Cattedrale col consenso ed intervento dei Canonici investono Allegrina Meglarina di 12 pertiche di vigna situata nel luogo appellato Monte Bonone 82

1346, 29 dicembre. Il Canonico Ansermino Cristiano sindaco del Capitolo cattedrale mediante licenza vescovile concede in affitto al nobile uomo Corradino Beccaria alcune pertiche di terra situate presso il castello di Monte Calvo 83

1350, 1 novembre. Pietro VI. (Spelta) Vescovo di Pavia conferma al Capitolo della Cattedrale il diritto delle decime della Città e dei suoi dintorni sino alla distanza di otto miglia riproducendo l' atto di concessione che ne aveva fatto il vescovo Guido II. sino dall' anno 1110 . . 86

1351, 17 agosto. Locazione per nove anni fatta dal Capitolo cattedrale a favore di Giorgio Piscario di fondi situati nel territorio di S. Leonardo di Tossegaria 89

1355, 9 aprile. Atto di donazione fatta da Mussetto Astolfi alla Chiesa di S. Pietro al muro in Pavia 92

1376, 8 febbrajo. Locazione novennale fatta dal Capitolo del Duomo a Giovanni Bottigelli di tre pertiche di orto situato nella valle di S. Vittore fuori e presso le mura di Pavia 95

1379, 11 giugno. Costituzione del vescovo Francesco Sorriva intorno ai doveri dei canonici della Cattedrale riguardante l' abitazione, la residenza e le divine officiature 95

1386, 16 ottobre. Il vescovo Guglielmo Centuario esonera il Capitolo della Cattedrale dell' obbligo di pagare ogni anno tre moggia di frumento ed una bonza di vino al cappellano della Chiesa di S. Giovanni del Fonte 98

1387, 12 gennajo. Il suddetto vescovo Guglielmo stabilisce varii regolamenti da osservarsi dal Capitolo del Duomo ed intima ai canonici l' obbligo di celebrare la Messa nella Cattedrale minacciandone gravissima pena ai trasgressori 100

1387, 7 marzo. Il Capitolo della Cattedrale di Pavia intima ai Cappellani della stessa Chiesa la lettura e l' osservanza dei doveri ad essi prescritti nelle Costituzioni dei due vescovi Guglielmo Centuario e Francesco Sorriva 102

1395, 9 settembre. Il Capitolo della Cattedrale di Pavia elegge il sacerdote D. Pietro Stanchi di Valenza a Rettore della Chiesa di S. Maria delle mille virtù, alla quale era unita la Chiesa di S. Giorgio degli Scanati 108

1401, 25 giugno. Testamento di Ansermo degli Ansermi col quale istituisce un Ospedale nel borgo di Arena affidandone il patronato al Collegio dei Notai di Pavia ed in sostituzione al Capitolo della Chiesa cattedrale 115

1407, 18 ottobre. Statuti capitolari della Cattedrale di Pavia determinanti i punti di ciascuna delle funzioni corali e delle ore canoniche dell' officio divino secondo la diversità dei giorni feriali o festivi . . . 125

1421, 23 agosto. Il vescovo Pietro Grassi col consenso del Capitolo della sua Cattedrale istituisce un beneficio perpetuo sotto il titolo di santa Marta all' altare ad essa eretto nel Duomo di Pavia coll' assegno di tutti i beni della chiesa suburbana di S. Giacomo di Vernavola e coll' indicazione dei doveri incumbenti al cappellano beneficiato 126

1456, 8 ottobre. Guniforto Toredano frate del terz' Ordine di S. Francesco, costituito dal Vicario vescovile Commissario Visitatore delle chiese della città e diocesi di Pavia, riceve pieni poteri per la Cattedrale dai Canonici di essa 142

1457, 9 marzo. L' arciprete del Capitolo cattedrale Domenico Costa nella sua qualità di sindaco della fabbrica di S. Siro costituisce suo speciale procuratore il frate Guniforto Toredano 144

1460, 1 giugno. Circolare del Capitolo cattedrale, emanata in vacanza della sede vescovile, nella quale è concessa l' Indulgenza di 40 giorni agli abitanti della città e diocesi di Pavia, che avranno concorso colle loro limosine al compimento della fabbrica del civico Ospedale grande di S. Matteo della Pietà 146

1472, 4 settembre. Il Capitolo cattedrale di Pavia dichiara di essere stato soddisfatto delle prestazioni di cera dovuta alla sagrestia di S. Siro dal frate Guniforto Toredano nella sua qualità di procuratore della fabbrica del Duomo 148

1480, 15 settembre. Un anno dopo la morte del Cardinale Giacomo Piccolomini vescovo di Pavia, durante la vacanza della Sede vescovile, il Capitolo della Cattedrale rinnova la nomina del Vicario generale e di altri ufficiali, come pure dei Podestà di Rozasco, Stradella, Cecima e Casorate. (Estratto da un libro capitolare in pergamena intitolato *Registrum vetus ab anno* 1339 *usque ad annum* 1483.) 150

1483, 25 ottobre. Il Capitolo cattedrale della Chiesa pavese con l' intervento e l' autorizzazione del Canonico Bartolomeo Brumazio Vicario generale del Vescovo Ascanio Sforza istituisce e dota il Collegio dei Cappellani con determinate obbligazioni 151

1481, 4 aprile. Lettera di ringraziamento di Lodovico Sforza Duca di Milano al Capitolo cattedrale di Pavia, il quale aveva eletto il segretario del Duca alla prima prebenda canonicale che si fosse resa vacante nello stesso Capitolo. (Questa lettera e le due seguenti sono estratte da un vecchio codice capitolare intitolato : *Liber ordinationum et aliorum notabilium Capituli Cathedralis*) 158

1481, 6 aprile. Lettera di ringraziamento del Cardinale Ascanio Sforza ai Canonici della Cattedrale di Pavia per l' elezione fatta da essi in ca-

nonico del proprio Capitolo nella persona del segretario ducale Giacomo Antiquario 158

1481, 6 aprile. Lettera del Cardinale Ascanio Sforza colla quale esorta il Capitolo della sua Cattedrale ad eleggere in canonico Battista San Pietro nipote del di lui segretario per la seconda prebenda che si renderà vacante in esso Capitolo 159

1481, 3 settembre. Nuovi statuti capitolari compilati di comune consenso dai Canonici della Cattedrale per sè e per i loro successori . . 160

1496, 11 aprile. I canonici della chiesa di Santa Maria in pertica costituiscono procuratore il loro Prevosto per esigere dalla Camera ducale di Milano la somma di lire 4347 e soldi 7 imperiali ad essi dovuta per compenso di terre di loro proprietà che erano state incorporate nel Parco di Pavia dal duca Giovanni Galeazzo 162

1497, 20 maggio. Convenzione seguita tra il Duca Lodovico Maria Sforza ed il Capitolo della Chiesa di Santa Maria in pertica per la somma di lire 4347. 6. 5 dovuta da esso Duca al suddetto Capitolo 166

1507, 9 agosto. Statuti pei canonici e cappellani della Cattedrale emanati dal canonico Vincenzo Beccaria Vicario generale del Cardinale Francesco Alidosio Vescovo di Pavia e Legato Pontificio di Bologna 170

1518, 21 gennajo. Statuti compilati dai canonici della Cattedrale per l' osservanza delle Costituzioni risguardanti la residenza e le funzioni corali 172

1518, 6 febbrajo. Il canonico Girolamo Della Porta nella sua qualità di Vicario generale del Vescovo di Pavia il Cardinale Antonio Maria Chiocca Del Monte conferma gli statuti capitolari compilati dai canonici della Cattedrale il giorno 21 gennajo 1518 175

1525, 25 settembre. Assegnamento dei beni di Cascina Nuova fatto dal Duca di Milano Francesco Sforza al Capitolo di Santa Maria in pertica per compensarlo delle terre di proprietà dello stesso Capitolo, le quali erano state incorporate nel Parco di Pavia dal Duca Giovanni Galeazzo 176

1546, 5 giugno. Sisto Ranuzio Sabino Vicario generale del Cardinale Giovanni Maria Del Monte amministratore del vescovato di Pavia lamenta parecchi disordini, intima sotto gravi pene l' adempimento dei legati di messe e l' intervento dei canonici alle officiature corali 186

1561, 17 luglio. Ippolito Rossi Vescovo Conoviese Coadjutore del Vescovo di Pavia Giovanni Girolamo Rossi ordina ai canonici e beneficiati

della Cattedrale di non rendersi trasgressori dei loro doveri intorno alla residenza corale ed alla recita cotidiana del divino officio diurno e notturno 190

1561, 14 giugno. Costituzione del Vescovo Ippolito Rossi per la quale viene abolita la gerarchia del Capitolo cattedrale e sono dichiarate sacerdotali anche le prebende appartenenti ai canonici dell' ordine diaconale e soddiaconale, ai quali sono sostituiti sacerdoti estranei al Capitolo per esercitare le funzioni di diacono e soddiacono nelle messe solenni capitolari . 192

1561, 1 luglio. Antonio Mario Caballo Dottore d' ambe le leggi Vicario generale d' Ippolito Rossi Vescovo di Pavia sopprime la chiesa parochiale di S. Secondiano. Aggrega i suoi abitanti parte alla parochia di S. Lorenzo, parte a quella di S. Primo, ed applica le rendite della soppressa chiesa al Collegio dei cappellani della Cattedrale 195

1561, 22 settembre. Il Vescovo Ippolito Rossi abolisce la parochia di S. Giorgio de' Catassi, e la concentra nella parochia di S. Eusebio. Assegna le rendite dell' abolita parochia di S. Giorgio ai Cappellani collegiati della Cattedrale, ed impone ad essi l' obbligo di cantare la messa conventuale tutti i giorni feriali 199

1561, 24 dicembre. Il Vescovo Ippolito Rossi determina i giorni nei quali incumbe ai canonici ed ai cappellani della Cattedrale l' obbligo di celebrare la messa capitolare 202

1565, 9 aprile. Il Vescovo Ippolito Rossi sopprime le chiese e le parochie dei Santi Damianino e Romanino, di S. Giorgio in Fenarolo e di S. Tecla, concentra insieme queste tre parochie, e ne istituisce la parochia della Cattedrale affidandone la cura delle anime al Collegio dei Cappellani 204

1567, 10 giugno. Costituzione del Vescovo Ippolito Rossi per la quale sono istituiti quattro Cantori da eleggersi fra i cappellani collegiati della Cattedrale in sostituzione al canonico Cantore, il quale nelle officiature corali aveva il peso d' intonare le antifone, i salmi e gli introiti delle messe capitolari 209

1569, 20 settembre. I canonici della Cattedrale di Pavia con permissione pontificia vendono alcuni beni della mensa capitolare pei ristauri da farsi al chiostro della Canonica guasto dal fuoco e quasi tutto rovinato 214

1570, 18 maggio. I canonici della Cattedrale di Pavia delegano il loro Prevosto di far conoscere la tenuità delle loro rendite al proprio Vescovo per ottenere da esso a favore del Capitolo l' assegnamento dell' Abbazia di S. Pietro di Erba amara 219

1570, 19 maggio. Il Vescovo Ippolito Rossi conosciuta la tenuità delle rendite dei canonici della sua Cattedrale assegna in perpetuo alla loro mensa capitolare i beni dell' Abbazia di S. Pietro di Erba amara . . . 222

1570, 17 agosto. Il Vescovo Ippolito Rossi istituisce per la sua Cattedrale il Maestro delle sacre cerimonie a cui assegna una rendita beneficiale colla prescrizione dei doveri ad esso spettanti 224

1572, 29 febbrajo. Il Capitolo della Chiesa di S. Maria in pertica di Pavia viene aggregato al Capitolo della Cattedrale dal Vescovo Ippolito Rossi mediante Bolla del Papa Pio V, per la quale al Prevosto dell'aggregato Capitolo ed ai successori nella di lui prebenda viene sostituito il titolo di Decano 226

1576, 27 dicembre. Il Vescovo Angelo Peruzzio delegato dal Papa Gregorio XIII Visitatore Apostolico delle chiese della città e diocesi di Pavia ristringe i limiti delle parocchie urbane di S. Giovanni in Borgo, di S. Martino, di Santa Maria in Pertica e dei Santi Gervaso e Protaso, staccando da ognuna di esse quella porzione che si estendeva fuori delle civiche mura. (Estratto dagli Atti di visita presso la Curia vescovile di Pavia.) . . . 237

1577, 25 aprile. Regolamenti emanati dal Vescovo Ippolito Rossi per il Priore, per li Mansionarii, per il Curato, e per gli altri membri del Collegio dei Capellani della Cattedrale. (Estratto dall'Archivio della Curia vescovile.) 245

1578, 22 marzo. Assegnamento dell' annua rendita di venti scudi fatta dal Vescovo Ippolito Rossi al Collegio dei cappellani della Cattedrale per lo stipendio del Diacono e Soddiacono da assumersi per il servizio delle messe capitolari 249

1579, 27 ottobre. Norme stabilite dal Vescovo Ippolito Rossi per le attribuzioni e gli emolumenti spettanti al Cappellano collegiato investito dell' ufficio di paroco della Cattedrale e regole da seguirsi nei funerali. (Estratte dall' Archivio della Curia Vescovile.) 254

1580, 26 novembre. Il Vescovo Ippolito Rossi assegna al Collegio dei Cappellani della Cattedrale le rendite della cappella di Santa Croce eretta nella Chiesa di Santa Maria Maddalena in Pavia coll'obbligazione allo stesso Collegio di far celebrare ogni anno in essa chiesa una messa nella festa di Santa Croce e di Santa Maria Maddalena 256

Descrizione e consegna di paramenti e di arredi sacri donati dal vescovo Ippolito Rossi alla sacrestia della sua Chiesa Cattedrale. (La copia di questo documento, che si conserva nell' Archivio capitolare, è mancante di data.) 258



Altre opere dell' Autore stampate in questa Tipografia.

Discorso recitato nella chiesa parrocchiale di S. Francesco il giorno 5 di Giugno 1838 negli annui esequiali suffragi ai defunti benefattori dei Luoghi Pii della città di Pavia. Pavia, Tipografia Fusi 1839.

Relazione storica documentata del dono fatto di una insigne Reliquia del corpo di S. Agostino a Monsignore Antonio Adolfo Dupuch vescovo d' Algeri. Pavia, Tip. Fusi 1842.

Origine del diritto che esercita il Capitolo cattedrale di Pavia di amministrare il Sacramento del Battesimo a tutti i bambini della città e suoi borghi dal giovedì santo sino alla domenica in albis. Pavia, Tipografia Fusi 1847.

Della varia disciplina circa il ministro il tempo e il luogo del Battesimo solenne. Trattazione storica documentata. Pavia, Tipografia Fusi 1848.

Concilia Papiensia, Constitutiones synodales et Decreta dioecesana antehac separatim edita nunc in unum corpus collecta. Papiæ apud fratres Fusi typogr. episcopales MDCCCLII. 4.° grande di pagine 765.

Intorno al luogo del supplizio di Severino Boezio con un' appendice intorno alla di lui santità. Pavia, Tipografia Fusi 1855.

Notizie Storiche del Tempio cattedrale di Pavia dalla sua origine sino all' anno 1857. Pavia, Tipografia Fusi 1858.

2

1

tedra

le co

1

di P:

med

tolo

Gre

rist

tin

da

(E

il

de

f

I

l


UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
3 0112 104212797